1937

A

XI.

316.ig.jegyzék

"Matica Slovenska, Turč.Martin:"

"Régi nyomtatványok:"

2.cim: SD. 15.203,
SE. 353

D. 15203

Johannes Christophorus
Larnaca
Daniel Ignatius Larnaca

EPITOME

CATECHETICORUM PRÆCEPTORUM

In usum

CLASSIUM INFERIORUM

collecta Institutionibus Catecheticis

CUNRADI DIETERICI, SS. Theologiæ Doctoris, Ecclesiarum Ulmensium Superintendentis.

Kurtzer Auszug

Dero Catechismus Lehrstuck.

Für die Schuljugend in den vntern Classen/ aus dem grössern Werck der *Institution* oder Catechismus Vnterweisunge/

Cunrad Dieterichs/ der H. Schrifft Doctorn/ Vlmischer Kirchen Superintendenten zusammen gezogen.

LEUTSCHOVIÆ, Typis Laur: Brev. 1656.

Brevis explicatio

PRÆCEPTORVM CATECHETICORUM.

Cujus Fidei sive Confessionis es tu?

Sum Christianus.

Quare Christianus es?

Ideò quia credo in DEum Patrem, Filiũ, & Spiritum Sanctum, & in hujus nomine sum baptizatus.

Quid credis de Deo Patre, & Filio & Spiritu Sancto?

Omne id, quod in sex præcipuis Christianæ doctrinæ capitibus ab ipso Christo traditis, & ab Apostolis nobis commendatis, scriptum est.

Quænam sunt ista sex præcipua doctrinæ Christianæ capita?

1. Decalogus.
2. Symbolum Apostolicum.
3. Oratio Dominica.
4. Sacramentum Baptismi.
5. Sacramentum Cænæ Dominicæ.
6. Potestas Clavium.

Quis

KSF 1027
25.IV.1958
SD 15203
1459/58

Kurtze Auslegung deß Catechismi Lehrstuck.

Welches Glaubens bistu?

ICh bin ein Christ.

Warumb bistu ein Christ?

Darumb daß ich glaub an Gott Vater/Sohn/ vnd Heiligen Geist / vnd bin in dessen Namen getaufft.

Was glaubstu von Gott Vater/ Sohn/ vnd Heiligem Geist?

Alles was in den sechs Hauptstucken Christlicher Lehr geschrieben ist/ die vnß der HErr selber gelehrt/ vnd seine Jünger zu lehren befohlen hat.

Welches seynd dieselbe sechs Haupstuck Christlicher Lehr?

1. Die Zehen Gebott Gottes.
2. Der heilig Christlich Glaube.
3. Das heilig Vater vnser.
4. Die Wort von der Heiligen Tauff.
5. Die Wort vom Heiligen Abendmal.
6. Die Wort vom Gewalt der Schlüssel.

Quis singulorum horum capitum in genere usus est?

Ut agnoscamus I. Qui & quales nos simus, & quomodo nobis cum DEo Domino nostro conveniat. II. Qui & qualis Deus Dominus noster sit, & qua ratione cum ipso reconcilari ac uniri queamus.

De I. Doctrinæ Catechetica
Capite

DECALOGO.

Quodnam est primum doctrinæ Christianæ Caput?

Decalogus.

Quid est Decalogus?

Est legis divinæ, in primæva creatione hominum mentibus inditæ, solemnis repetitio & declaratio, ab ipso DEO in monte Sinai tabulis lapideis inscripta, & à Mose promulgata.

Quomodo distinguitur Decalogus?

Bipartitò, in Tabulas duas.

Quæ est Tabula prima?

Quæ de cultu & amore Dei immediatè præcepta tradit.

Quæ

Warzu dienen dieſe alleſampt ins gemein?

Daß wir erkennen/ Erſtlich wer wir ſeyen: vnd wie wir mit vnſerem Hern Gott ſtehen. Darnach / wer vnſer Gott ſeye: Vnd wie wir mit jhme mögen verſöhnet vnd vereiniget werden.

Von dem Erſten Hauptſtuck
Chriſtlicher Lehr

Den Zehen Gebotten.

Welches iſt das Erſte Hauptſtuck Chriſtlicher Lehr?

Die Zehen Gebott.

Was ſeynd die Zehen Gebott?

Sie ſeynd ein ausdrucklich offentliche Wiederholung vnd Erklärung deß Geſetzes Gottes/ ſo in der erſten Schöpffung in das Hertz der Menſchen eingepflantzet iſt: auch von Gott ſelbſt auff dem Berg Sinai auff ſteinerne Taffeln geſchrieben/ vnd nachmals von Moſe offentlich verkündigt worden.

Wie werden die Zehen Gebott vnterſchieden vnd abgetheilet?

In zwey Theil/ oder zwo Taffeln.

Welches iſt die Erſte Taffel?

Die Erſte iſt/ welche ſchlecht ohne Mittel/ ſolche Gebott vorhält/ wie man Gott recht dienen/ vnd jhn lieben ſoll.

Quæ est summa hujus tabulæ?

Ut diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus, *Matth. 22. 37.*

Quot continet præcepta?

Tria priora.

De Primo Præcepto.

Quodnam est primum Præceptum?

Ego sum Dominus Deus tuus: non habebis Deos alienos coram me.

Quæ est hujus Præcepti sententia?

Debemus DEum timere & diligere & illi soli confidere.

Quid intelligis per Deos alienos?

Omne id, quod homines loco Dei fingunt: eique propria attributa, opera & cultum veri Dei profanè attribuunt: ut puta,

1. Idola gentium.
2. Imagines & sculptilia ad cultum prostantia.
3. Sancti demortui invocandi.
4. Bona animi, corporis, & fortunæ, adeòque alia quævis, in quibus homines confidere & gloriari solent.

Quid

Welches ist die Summ oder Inhalt der Ersten Tafel?

Daß wir GOtt lieben von gantzem Hertzen / von gantzer Seel vnd allen Kräfften / Matth. 22. v 37.

Wie viel Gebott begreifft die Erste Tafel in sich?

Die drey Ersten.

Vom Ersten Gebott.

Welches ist das Erste Gebott?

Ich bin der HErr dein GOTT / du solt kein andere Götter neben mir haben.

Was ist das?

Wir sollen GOTT vber alle Ding förchten / lieben / vnd jhm allein vertrawen.

Was verstehestu durch andere Götter?

Alles das jenige / so die Menschen jhnen an Gottes statt erdichten / vnd demselbigen / was GOtt eigentlich angehöret / alß seine Werck / vnd den rechten Gottesdienst / Gottslästerlich zueignen: Alß da sind /

1. Die Götzen der Heyden.
2. Die Bilder vnd Schnitzwerck / so zur Verehrung auffgestellet werden.
3. Die verstorbene Heiligen / so fern man sie soll anbetten.
4. Jnnerlich vnd eusserliche Gaben deß Menschen / an Leib vnd Seel / an Gelt vnd Gut / auff welchen die Menschen jhr Vertrawen setzen / vnd sich deren zu rühmen pflegen.

Quid verò significat, habere Deos alienos?

Significat aut nullum, aut plures, aut alium præter unum verum patefactum Deum habere, agnoscere, ei fidere, ab eòque auxilium & opem, absq; vero veri Dei timore, petere & sperare.

Quid igitur in hoc Præcepto prohibetur?

Ne quamcunq; idololatriam, imaginum cultum, superstitionem, sanctorum aut aliarum creaturarum invocationem sectemur, aut quocunque modo fiduciam in iisdem collocemus.

Quid verò in eodem nobis præcipitur?

Ut unum solum verum Deum habeamus, ipsum juxta verbum patefactum agnoscamus, super omnia timeamus, toto corde diligamus, ipsi soli confidamus, ei verâ humilitate ac patientiâ nos subjiciamus, omnia, quæ ab eo solo bona expectemus.

Qui fit, quod in singulorum Præceptorum explicatione hoc προοίμιον, à D. Luthero præmittitur;
Debemus Deum timere & diligere?

Ut monstretur fons, è quo omnia opera in Decalogo præcepta, promanare debeãt, qui est timor & dilectio Dei. Nisi enim è filiali

Was heist aber andere Götter haben?

Es heist/ entweder keinen/ oder viel/ oder ein andern/ausser dem einigen wahren geoffenbahrten Gott haben/erkennen/jhme vertrawen/vnd von demselben Hülff vnd Errettung/ ohne rechte Forcht deß wahren Gottes/begehren vnd erwarten.

Was wird denn in diesem Gebott verbotten?

Daß wir einigerley Abgötterey/Verehrung der Bilder/Aberglauben/Anruffung der verstorbenen Heiligen/oder andern Creaturen nicht nachhängen/noch einige Zuversicht darauff setzen sollen.

Was wird vns aber in demselbigen gebotten?

Daß wir allein den einigen wahren Gott haben/denselbigen nach seinem geoffenbarten Wort erkeñen/ über alle Ding förchten/von gantzem Hertzen lieben/ jhm allein vertrawen/ vnd in wahrer Demuth vnd Gedult vns jhm vnterwerffen/ vnd von jhm allein allerley Guts erwarten.

Wie kompts/ daß D. Luther bey eines jeden Gebotts Erklärung diese Vorrede läst vorher gehen: Wir sollen Gott fürchten vnd lieben?

Er will vns damit die Brunnenquell zeigen/ von welcher alle gute Werck in den Zehen Gebotten vns anbefohlen/herfliessen sollen. Dieselbige Brunnenquell aber ist/ Forcht vnd Liebe zu GOtt: Dann wo sie

lali timore, & vera Dei dilectione proficiscantur, hypocritica sunt, nec Deo verè placere possunt.

* *Sed qui & hoc sit, quòd non omnia verba Decalogi eadem recites, quot Deus ipse tabulis lapideis inscripsit, & Moses etiam ad mandatum Domini promulgavit?*

Id quidem usque adeò necesse non est.

Quia I. quædam in Decalogo continentur, quæ non omnes homines in genere & absolutè obligant, sed pertinent tantum ad Judæos & politiam Mosaicam.

Quia II. sensu quædam eadem sunt, ideòque hæc ipsa præcisè & verbotenus recitare opus non est.

Quæ sunt ista?

In primo Præcepto sunt hæc verba:

1. *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis*, Exod. 20. v. 2.

2. *Non facies tibi sculptile, neque ullam similitudinem eorum, quæ sunt in cælo desuper & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis neque coles ea*, Exod. 20. v. 4. 5.

* *Cur*

nicht aus kindlicher Forcht vnd Liebe zu Gott herrühren/ so seynd es heuchlische Werck/ vnd mögen Gott in Warheit nicht gefallen.

Lieber/ was hats doch auch für ein Meynung/ daß du nicht alle Wort der Zehen Gebott/ mit eben denen/ vnd so viel Worten erzehlest/mit welchen/ vnd mit wie vielen/dieselbige Gott selbst mit seinen eigenen Fingern auff die steinerne Tafel geschrieben/ vnd Moses dieselbige/ auff Gottes Befehl/ verkündiget hat?

Es ist nicht eben so hoch von nöthen.

Dann 1. ist etliches in den Zehen Gebotten begriffen/ welchem nicht ins gemein vnd bloß dahin/ alle Menschen verpflichtet; sondern gehet nur die Juden vnd Mosaische Policey an.

Zum 2. Weil etliche Ding im Verstand einerley seynd/ vnd deßwegen nicht von nöthen/ daß man dasselbige gar eigentlich/ vnd stracks den Worten nach/ erzehle.

Was ist dann dasselbige?

Im ersten Gebott seynd es diese Wort:

1. Ich bin der HERR dein Gott/ der dich auß Egyptenland geführet hat/auß dem Diensthauß/ im 2. Buch Mosis cap. 20. v. 1.

Fürs 2. Du solt dir kein Bildnuß oder jrgend ein Gleichnuß machen/ weder deß/ das oben im Himmel/ weder deß/ das vnten auff Erden/ oder deß/ das vnten im Wasser vnter der Erden; Bette sie nicht an/ vnd diene jhnen nicht.

Warumb

* *Cur verò ista omittuntur?*

1. Quia eductio ex Ægypto fuit corporale beneficium solos Judæos concernens. Itaque hactenus Christianos non obligat.

2. Quia præceptum de non adorandis & colendis sculptilibus in genere continetur in his verbis: *Non habebis Deos alienos coram me.*

* *Annon verò præceptum illud de Sculptilibus peculiare, & in ordine, Secundum præceptum erit?*

Quodnam primum, quodve secundum, vel tertium præceptum sit, neque Deus, neque Moyses expressit; Decem duntaxat esse scimus.

* *Quid ergo statuis de hoc ipso, de sculptilibus præcepto?*

Appendix sive explicatio est Primi Præcepti, ejusq; speciale exemplum continet.

* *Illud vel jam mihi probes?*

Dii alieni sive propriè sive impropriè dicti, in primo præcepto in genere prohibentur. Sculptilia & imagines ad cultum factæ & usurpatæ, sunt, Scripturâ teste, Dii alieni. Ergò & in primo præcepto prohibentur.

* *An-*

Warumb ist aber dieses außgelassen?

Darumb / weil 1. die Außführung auß Egypten-land eine leibliche Gutthat gewesen ist / so allein auff die Juden gegangen; Derohalben sie die Christen / biß anhero nicht verbinder.

Fürs 2. Weil das Gebott / daß man die Bilder nicht soll anbetten / vnd jhnen dienen / ins gemein in diesen Worten begriffen ist: Du solt kein andere Götter neben mir haben.

Ist dann nicht das Gebott von den Bildern ein sonderbares / vnd in der Ordnung das andere Gebott?

Welches das erste / oder welches das ander / oder dritte Gebott sey / hat weder Gott selbst / noch Moses erkläret / allein wissen wir / daß derselben nur zehen sein.

Was hältestu dann von dem Gebott / daß die Bilder verbeut?

Es ist ein Anhang oder Erklärung deß ersten Gebotts / so desselbigen Special oder sonderbares Exempel in sich fasset.

Lieber / wie beweistu mir das?

Andere Götter / sie werden eigentlich / oder verblümbter Weise also genennet / werden in dem ersten Gebot ins gemein verbotten: Nun seynd aber Schnitzwerck vnd Bilder / wann sie zur Verehrung gemacht vnd gebraucht werden / andere Götter / wie die Schrifft bezeugt. Darumb werden sie im ersten Gebott verbotten.

* *Annon verò salvâ conscientiâ iisdem verbis, quibus in Decalogo exstant, integra præcepta recitari possent?*

Possent sanè: sed in Novo Testamento nusquam ita repetuntur. Apostolos igitur nos meritò imitamur.

* *Quid de imaginibus & sculptilibus statuis, annè hac salvâ conscientiâ tolerari possunt?*

Si prostant ad cultum, venerationem & superstitionem, abolenda: sin minus, & nihil vel turpitudinis vel levitatis habent, 1. Communefactionis, 2. Ædificationis, 3. Historiæ, 4. Memoriæ, & 5. Ornatus gratiâ tolerari possunt.

De Secundo Præcepto.

Quodnam est secundum Præceptum?

Non assumes nomen Domini DEI tui in vanum.

Quæ est hujus præcepti sententia?

Debemus DEum timere & diligere, ne per nomen ejus imprecemur, maledicamus, juremus, incantemus, mentiamur, aut dolis fallamus, sed in omnibus vitæ necessitatibus illud invocemus, & cum gratiarum actione laudemus.

Quid

Köndten aber nicht mit gutem Gewissen die Gebote gantz/ inmassen sie in Mose stehen/ erzehlet werden?

O ja/ gar wol/ nach dem sie aber im gantzen Newen Testament an keinem Ort also wiederholet werden/ folgen wir billich hierinnen den Aposteln.

Was hältstu aber von den Bildern vnd Götzen/ kan man auch dieselbige mit gutem Gewissen dulden?

Wann sie zum Gottesdienst/ Aberglauben vñ Anruffung gebraucht vnd auffgestellet werden/ soll man sie abschaffen: Im widrigen aber/ so dem nicht also/ vnd dieselbige nichts schändliches oder leichtfertiges in sich haben/ mögen sie wol 1. zur Erinnerung/ 2. zur Erbawung/ auch daß man 3. die Historien fassen/ vñ 4. solche im Gedächtnüß behalten möge; So dann auch 5. zur Zierde geduldet werden.

Vom Andern Gebott.

Welches ist das ander Gebott?

Du solt den Namen Gottes deines HErrn nicht vergebenlich führen.

Was ist das?

Wir sollen GOTT fürchten vnd lieben/ daß wir bey seinem Namen nicht fluchen/ schweren/ zaubern/ lügen/ oder trügen/ sondern denselbigen in allen Nöthen anruffen/ beten/ loben vnd dancken.

Was

Quid significat nomen Dei?

1. Ipsum Deum, *Exod: 3. v. 6. 14. 16.*
2. Attributa Dei, *Exod: 34. v. 6. 7.*
3. Voluntatem sive mandatum Dei, *Deut: 18. 19.*
4. Omne illud, quod de Deo in scripturis revelatum est, in ejusq; notitiam, cultū, gloriā, celebrationē & professionem vergit.

Quid significat nomen Dei assumere in vanum?

Significat vel temerè, frustrà & leviter, vel falsò & contumeliosè nomen Dei usurpare

Quid igitur in hoc præcepto prohibetur?

Ne quocunq; modo per nomen DEI imprecemur, maledicamus, juremus, incantemus, mentiamur, aut dolis fallamus.

* *Annon licitum igitur est jurare?*

Siquidem id 1. gloria Dei requirat.
2. Proximi salus exigat.
3. Magistratus mandet.
4. Officii & vocationis necessitas efflagitet; in fidei confirmationem, & veritatis testificationem quilibet Christianus salvâ conscientiâ jurare potest & debet.

* *Quomodo id probas?*

Probo 1. Quia legitimum Jusjurandum Verbo Dei sancitum, *Deut. 6. 13. & 10. 20.*

Was verstehestu durch den Namen Gottes?

1. Gott selbsten.
2. Das jenige/ so Gott zugeeignet wird.
3. Gottes Willen oder seine Gebott
4. Alles das/ was in der Schrifft von Gott offenbaret ist/ vnd zu seiner Erkäntnüß/ Dienst/ Ehr/ Heiligung vnd Bekäntnüß gereichet.

Was heist dann den Namen Gottes vergeblich führen?

Wenn der Name Gottes entweder vergeblich ohne Noth/ oder leichtfertig/ oder fälsch/ vnd lästerlich gebraucht wird.

Was wird dann in diesem Gebott verbotten?

Daß wir auff keinerley Weise bey dem Namen Gottes Fluchen/ Schweren/ Zaubern/ Lügen oder Trügen.

Darff man dann gar nicht schweren?

Freylich ja/ wann es fürs 1. Gottes Ehr erfordert.
2. Wann es deß Nechsten Wolfahrt erheischet.
3. Wann es der Obrigkeit Befelch ist.

Vnd fürs 4. wann es die Notthurfft vnsers Ampts vnd Beruffs erfordert/ so kan vnd soll ein jeder Christ/ ein Ding gewiß zu machen/ vnd die Warheit zu bezeugen/ mit gutem vnverletztem Gewissen wol schweren.

Wie wiltu mir solches beweisen?

1. Daher/ weil ein auffrichtiger Eydsch wur durch Gottes Wort bestättiget ist/ im 5. Buch Mosis cap. 6 v. 13. vnd im 10. v. 20.

2. A sanctis in Veteri Testamento, Abrahamo, Mose, Davide, &c. est usurpatum.

3. A Christo & Apostolis in Novo Testamento adhibitum.

4. Et denique, ut controversiarum finis sit, ad confirmationem fidei & veritatis, in Ecclesiæ & Reipublicæ utilitatem constitutum est.

[*Hebr: 6. v. 16.* Homines per eum jurant, qui est major, atque iisdem omnis controversiæ finis est, si accedat Jurisjurandi confirmatio.]

Quid verò in hoc præcepto nobis præcipitur.

Ut nomine Dei religiosè, piè & honorificè, in omni sermone nostro utamur, illud in omnibus necessitatibus invocemus, adoremus, & cum gratiarum actione laudemus & glorificemus.

Quæst specialis comminatio, & pœna transgressorum hujus præcepti?

Non habebit Dominus insontem illum, qui assumserit nomen ejus in vanum, *Exod: 20. v. 7. Deut: 5. v. 11.*

2. Weil die heilige Männer Gottes im Alten Testament/ alß Abraham/ Moses/ David vnd andere/ den Eyd gebraucht haben.

3. Weil Christus vnd die Apostel im Newen Testament dergleichen gethan.

4. Vnd endlich / auff daß allem Hader vnd Zwietracht abgeholffen werde/ vnd seine Endschafft erreiche/ ist derselbe/ zu mehrer Gewißheit eines Dings/ vnd der lieben Warheit zu stewer / wie auch der Kirchen Gottes/ vnd deß gemeinen Nutzens Wolfahrt/ angeordnet worden.

(Zun Hebreern 6. v 16. Die Menschen schweren wol bey einem grössern / dann sie seynd/ vnd der Eyd machet ein Ende deß Haders/ dabey es veste bleibt vnter jhnen.)

Was wird vnß aber in diesem Gebott zu thun befohlen?

Wir sollen vnß deß Namens Gottes mit Christlicher Andacht/ Gottseligkeit vnd Ehrerbiettigkeit in allen vnsern Reden gebrauchen/ denselbigen in allen vnsern Nöthen anruffen/ betten/ loben vnd dancken.

Welches ist die sonderbare Straff vnd Bedrawung über die / so diß Gebott übertretten?

Der HErr wird den nicht vngestrafft lassen/ der seinen Namen mißbraucht/ im 2. Buch Mosis am 20. v. 7. im 5. Buch Mosis am 5. v. 11.

De Tertio Præcepto.

Quodnam est tertium Præceptum?

Memento, ut diem Sabbathi sanctifices.

Quæ est hujus præcepti sententia?

Debemus DEum timere & diligere, ne divinos ejus sermones & verborum contemnamus: sed ut sanctum reputemus, libenter audiamus & discamus.

* *Qui fit, quod nec hujus præcepti verba omnia juxta syllabas, quæ Exod: 20. v. 8. continentur, recites?*

Quia pleraque Judaicam tantùm Sabbathi sanctificationem concernunt: ideoque ceremonialia & typica sunt, quæ solos Judæos, non etiam Christianos in N. T. obstringunt.

Quid significat Sabbathum?

Sabbathum significat idem, quod cessatio seu quies à labore, sic dictum: quia septimus erat septimanæ dies, quo Dominus, postquam sex diebus creavit cœlum & terram, quievit, *Gen: 2. 3.*

* *Ergonè præcisè septimus dies Sabbatho destinandus?*

Liberum est quidem Christianis hunc vel

Vom Dritten Gebott.

Welches ist das dritte Gebott?

Gedencke deß Sabbaths/ daß du jhn heiligest.

Was ist das?

Wir sollen GOTT fürchten vnd lieben/ daß wir die Predig vnd sein Wort nicht verachten: Sondern dasselbige heilig halten/ gern hören vnd lernen.

Wie kompt es/ daß du dieses Gebotts Wort nicht gantz nach den Syllaben/ wie sie im 2. Buch Mosis cap. 20. v. 8. stehen/ erzehlest?

Weil sie eigentlich ins Judenthumb zum Kirchen-Gesetz gehören/ vnd Fürbildungen seynd/ welche die Christen im Newen Testament nicht verbinden/ sondern allein die Juden angehören.

Was heist denn Sabbathtag?

Sabbath heist so viel/ alß von der Arbeit ruhen vnd ablassen/ wird also genennt/ weil GOtt am siebenden Tag/ nach dem er in sechs Tagen Himmel vnd Erden geschaffen/ geruhet hat/ im 1. Buch Mosis am 2. cap. vers 3.

Muß man dann so gar genaw eben den siebenden Tag feyerlich begehen?

Den Christen stehet es frey/ diesen oder jenen Tag

vel illum diem exercitio huic divino deſtinare: Quia tamen, ut à Judaica ſe ſynagoga ſepararent, Apoſtoli & Apoſtolici viri, diem Dominicam religiosâ ſolennitate habendam ſanxerunt, & omnem gloriã Sabbathi Judaici in eam transferre decreverunt, meritò nos eandem etiã celebramus.

* *Quare hoc?*

Quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus hâc ipsâ die à mortuis reſurrexit, & reſurrectione ſuâ, ſpirituale Sabbathum inchoavit.

* *Annon vero, præter diem Dominicum, licitum eſt etiam alios dies feſtos anniverſarios, utpote Salvatoris, Apoſtolorum, & aliorum Sanctorum celebrare?*

Licitum utique pro libertate Chriſtiana, ſi modo abſit ſuperſtitio & opinio cultus.

* *Cur igitur dies feſti Salvatoris, utpote de Nativitate Chriſti, Circumciſione, Reſurrectione, Aſcenſione in cœlos & miſſione Spiritus ſancti, &c. ſolenniter celebrantur?*

Ut 1. Ordine diſcatur hiſtoria.

Ut 2. Sigillatim ſumma beneficia, his ipſis nobis parta perpendantur.

Ut 3. Speciatim pro beneficiis his debitas Deo

zur übung deß Gottesdienſts zuverordnen: Jedoch weil die Apoſtel vnd deren Nachkommen/ damit ſie ſich von der Jüdiſchen Synagog abſonderten/ den Sontag gebührlich vnd heilig zu feyren beſchloſſen/ vnd derogeſtalt alle Herrligkeit deß Jüdiſchen Sabbaths auff denſelbigen verlegt haben/ ſo feyren wir auch denſelben billich.

Warumb aber das?

Alldieweil vnſer HErr Jeſus Chriſtus eben an dieſem Tag von den Todten erſtanden iſt/ vnd durch dieſelbige ſeine Vrſtänd den Geiſtlichen Sabbath vnd Ruhe angefangen hat.

Darff man auch/ neben dem Sontag/ andere Jahrfeſt vnd Feyertäg/ alß vnſers Heylands Chriſti/ der Apoſtel/ vnd andere mehr/ feyerlich halten?

Freylich ja darff man ſolches aus Chriſtlicher Freyheit thun/ wann nur kein Aberglaub darbey iſt/ alß könte man etwas dadurch verdienen.

Warumb aber werden die Feſttag vnſers Heylands Chriſti/ alß nemblich von ſeiner Geburt/ Beſchneidung/ Erſtändnüß/ Himmelfahrt/ vnd Sendung deß H. Geiſtes/ hochfeyerlich begangen?

1. Auff daß in richtiger Ordnung die Hiſtorien gefaſſet werden.

2. Daß inſonderheit die hohe Gutthaten/ ſo vnß dardurch erworben/ fleißig in acht genommen/ vnd beherziget werden.

3. Daß wir dem lieben Gott für ſeine Wolthaten inſon-

Deo gratias agamus, & iisdem in Dei gloriã & noſtram ſalutem utamur.

* *Cur Apoſtolorum & aliorum Sanctorum feſta celebrantur?*

1. Propter *ordinem* decentem in Eccleſia obſervandum.

2. Propter *memoriam* annuam hiſtoriæ, & præcipuorum beneficiorum DEI, per Sanctos Eccleſiæ Chriſti præſtitorum, quæ gratâ mente recolere Chriſtianos decet.

3. Propter *imitationem* ut Sanctorum vitam, fidem, Confeſſionem, conſtantiam, patientiam, & alias virtutes piè imitemur.

Quid ſignificat Sabbathum ſanctificare?

Significat in genere, ſacro ac divino cultui Sabbathum deſtinare, ac ſancta in eodem opera peragere.

Quid ergò in hoc Præcepto nobis præcipitur?

Ut verbum Dei ſanctum reputemus, illud ipſum in cœtibus divinis libenter audiam⁹, meditemur & diſcamus: ſacroſanctis ſacramentis juxta divinam inſtitutionem utamur: precum item, gratiarũ actionis, aliaque pietatis & charitatis Chriſtianæ exercitia, quibus rectè & verè Sabbathum ſanctificatur, peragamus.

Quid

inſonderheit danckſagen / vnd vnß derſelben zu Gottes Ehr vnd vnſer Seligkeit gebrauchen.

Warumb werden aber der Apoſtel vnd anderer Heiligen Feſt gefeyret?

1. Wegen gebührender ſeiner Ordnung / ſo in der Chriſtlichen Kirchen ſoll gehalten werden.

2. Wegen täglicher Erinnerung der Hiſtorien vñ vornemmen Gutthaten Gottes / welche er durch ſeine Heiligen der Kirchen Chriſti erzeiget hat / deren fromme Chriſten ſich / der Gebühr nach / mit danckbarm Gemüth erinnern ſollen.

3. Wegen der guten Exempel / damit wir den Heiligen / im Leben / Glauben / Bekäntnüß / Beſtändigkeit vnd Gedult / ſo dann auch in andern Gottſeligen Tugenden nachfolgen.

Was heiſt dann den Sabbath heiligen?

Es heiſt ins gemein dem heiligen / von Gott angeordneten Gottesdienſt am Sabbath abwarten / vnd an demſelbigen heilige Werck vollbringen.

Was wird vns dann in dieſem Gebott gebotten?

Daß wir Gottes Wort heilig halten / daſſelbige in der offentlichen Verſamlung gern hören / betrachten vnd lernen: der heiligen Sacramenten vns nach der Stifftung Gottes gebrauchen / andächtig betten / Gott danckſagen / vnd andere Vbung der Gottſeligkeit / vnd der Chriſtlichen Lieb / mit welchen der Sabbath recht vnd wol geheiliget wird / nicht vnterlaſſen.

Quid verò in eodem prohibetur?

Ne conciones & verbum Dei contemnamus, Sacramenta negligamus, opera servilia aliaque impia, ludicia ac prophana, quibus Sabbathum turpiter profanatur, tractemus.

Quæ est specialis comminatio & pœna hujus Præcepti?

Quicunque prophanaverit Sabbathum, morte morietur, *Exod: 31. v. 14. & 35. v. 2.*

De secunda Tabula

DECALOGI.

Explicatis præceptis primæ Tabulæ, dic quâ de re secunda Tabula agat?

De dilectione proximi.

Quænam est summa hujus Tabulæ?

Ut diligamus proximum nostrum, sicut nos ipsos, *Matth: 22. 39.* Et omnia quæ voluerimus, ut faciant nobis homines, eadem & nos faciamus ipsis, *Matth: 7. 12.*

Quinam sunt proximi nostri?

Omnes omninò homines, qui consilio, ope & subsidio nostro indigent, sive amici fuerint, sive inimici, sive noti, sive ignoti; sive vicini, sive peregrini; sive pauperes, sive divites; sive quicunque alii. *Quot*

Was wird vns denn in diesem Gebott verbotten?

Daß wir die Predig vnd das Wort Gottes nicht verachten/ die heilige Sacramenten nicht aus der acht lassen/ äusserlicher Geschäfften vnd Handthierung/ deßgleichen anderer gottloser/ leichtfertiger/ üppiger vnd vnheiliger Dingen/ damit der Sabbath entheiliget wird/ am Sabbath Tag vnß im geringsten nicht befleißigen.

Welches ist aber die sonderbare Straff vnd Bedrewung dieses Gebotts?

Wer den Sabbath entheiliget/ der soll deß Todes sterben/ 2. Buch Mosis cap. 31 v 14. vnd am 35. v. 2.

Von der andern Taffel der Zehen Gebotten.

Nach dem nun die Gebott erster Taffel erkläret/ so zeige man an/ wovon die andere Taffel handle?

Von der Liebe deß Nechsten.

Was ist der Inhalt dieser andern Taffel?

Daß wir vnsern Nechsten lieben/ alß vnß selbsten/ Matthæi am 22. v. 39. vnd alles das/ so wir wollen/ daß vnß die Menschen thun/ dasselbige sollen wir jhnen auch thun/ Matthæi am 7. v. 12.

Welches seynd vnsere Nechsten?

Alle Menschen ins gemein/ welche vnsers Raths/ Hülff vnd Fürschubs bedörffen/ sie seyen Freund oder Feind/ Bekandte oder Vnbekandte/ Benachbarte oder Fremdlinge/ Arme oder Reiche/ oder wer sie auch seyn mögen.

Wie

Quot verò præcepta hæc secunda Decalogi Tabula continet?

Septem posteriora, nimirum IV. V. VI. VII. VIII. IX. X.

De IV. Præcepto.

Recita quartum præceptum?

Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

Quæ est hujus Præcepti sententia?

Debemus DEum timere & diligere, ne parentes & dominos nostros contemnamus, neque ad iram provocemus, sed honore eos afficiamus, illis serviamus, morem geramus, amore eos prosequamur & magnifaciamus.

Ecquos intelligis hic nomine Parentum?

Per Parentes intelliguntur omnes superiores, quos Deus regendis & defendis aliis præfecit: Quales sunt.

1. Parentes nostri naturales.
2. Tutores & curatores pupillorum.
3. Ecclesiæ ministri & pastores.
4. Professores & Præceptores.
5. Magistratus politici, eorũq; officiales.

6. Pa-

Wie viel Gebott aber begreifft die andere Taffel in sich?

Die sieben letzten/ nemlich das 4. 5. 6. 7. 8. 9. vnd 10. Gebott.

Vom Vierdten Gebott.

Welches ist das Vierdte Gebott?

Du solt deinen Vater vnd deine Mutter ehren/ auff daß dirs wolgehe/ vnd du lange lebest auff Erden.

Was ist das?

Wir sollen GOTT fürchten vnd lieben/ daß wir vnsere Eltern vnd Herren nicht verachten/ noch erzürnen: Sondern dieselbige in Ehren halten/ jhnen dienen/ gehorchen/ sie lieb vnd werth halten.

Was verstehestu allhie vnter dem wörtlein Eltern?

Durch das wörtlein Eltern; werden verstanden alle die/ so über vnß gesetzt seynd/ welche GOtt zu Regenten vnd Schutz-Herren andern vorgestellet hat/ alß da sind:

1. Vnsere natürliche Eltern.
2. Vormunder vnd Pfleger der Minderjährigen.
3. Kirchenlehrer vnd Seelsorger.
4. Professorn vnd Lehrmeister in den Schulen.
5. Weltliche Obrigkeit vnd jhre Beampte.

6. Haußs-

6. Patres familias.
7. Majores & seniores.

Quos intelligis nomine liberorum?

Omnes inferiores, quos regendos ac defendendos Deus aliis subjecit: Quales sunt,

1. Liberi.
2. Pupilli.
3. Auditores verbi divini.
4. Discipuli.
5. Subditi.
6. Servi & domestici.

Quid ergo parentibus & superioribus quibusvis in hoc præcepto præcipitur?

Ut paternâ curâ, amore & affectu inferiores quosvis prosequantur, illos alant, defendant, in Domino fideliter instituant, & inculpato fidei ac vitæ exemplo præluceant

Quid liberis & inferioribus quibusvis præcipitur?

Ut parentes ac dominos superiores quosvis, debitò honore reverenter afficiant, illis cum timore & simplicitate inserviant, morem gerant: eos non contemnant, ad iram non commoveant, sed amore prosequantur & magnifaciant.

* Sed

6. Haußväter.
7. Alte vnd betagte ehrliche Leut.

Was verstehest jy dann vnter dem Namen Kindern?

Alle die/ so Gott andern auff zuerziehen/ zu regieren vnd zu beschützen/ vnterworffen hat.

1. Leibliche Kinder.
2. Pflegkinder oder Minderjährige.
3. Pfarrkinder.
4. Schuler oder Lehrjungen.
5. Vnterthanen.
6. Gesind vnd Haußgenossen.
7. So noch jung von Jahren sind.

Was wird in diesem Gebott allen vnd jeden Eltern vnd Obern anbefohlen?

Daß sie denen/ so vnter jhnen seynd/ väterliche Vorsorg/ Lieb vnd Gunst erzeigen/ dieselbige nehren schützen/ sie trewlich in dem HErrn vnterweisen/ vnd mit vnsträfflichem Exempel in rechtem Glauben vnnd Wandel jhnen vorgehen.

Was wird dann denen/ so vnter den Obern seynd/ zu thun befohlen?

Daß sie die Eltern vnd Oberherren ins gemein in gebührender Vnterthänigkeit ehren/ jhnen mit Forcht vnd Einfalt dienen/ Gehorsam leisten/ sie nicht verachten/ noch erzürnen/ sondern sie lieb vnd werth halten.

Sol

* *Sed anne superioribus quibus vis promiscuè obtemperandum in omnibus?*

In Omnibus obtemperandum, quæ non pugnant contra Deum & charitatem proximi. Si enim quid contra mandatum Dei præcipiunt, Deo magis obediendum est, quàm hominibus, *Act. 5. v. 29.*

Quæ est promissio specialis huic præcepto annexa?

Ut benè sit tibi, & longævus sis super terram, *Ephes. 6. 3.*

Cur verò eidem promissionem hanc speciatim Deus addidit?

Ut 1. singulari hoc præmio ad observationem ejus magis nos excitaret.

2. quanti parentum honorem faceret, publice testarerur.

Ut 3. quàm necessaria sit hujus præcepti obedientia, ostenderet.

Quæ est comminatio & pœna specialis hujus præcepti?

Maledictus non honorans patrem suum & matrem, *Deut: 26. 27.* Qui patri aut matri maledixerit, morte moriatur, *Exod. 21. 16. Levit: 20. 9.*

De

Soll man aber allen vnd jeden Obern ohne Vnterschied schlecht in allen Dingen Gehorsam leisten?

Ja/ in allen Dingen soll man jhnen Gehorsam leisten/ welche nicht wieder GOtt vnd die Liebe deß Nechsten streiten. Dann so bald sie etwas gebieten/ welches dem Gebott Gottes zu entgegen strebet/ so ist man Gott mehr zu gehorchen schuldig/ alß den Menschen/ in der Apostel Geschicht am 5. v. 29.

Was für ein sonderbare Verheissung ist diesem Gebott einverleibt?

Auff daß dirs wolgehe/ vnd lange lebest auff Erden/ Ephes. cap. 6. v. 3.

Warumb hat aber Gott die sonderbare Verheissung an diß vierdte Gebott gehefftet?

Auff daß er 1. durch diese Verheissung vns erwecke/ diesem Gebott desto mehr in Gehorsam nachzusetzen. Darnach; damit zum 2. Gott offentlich bezeugte/ er habe ein sonderbares Gefallen daran/ wann man die Eltern recht vnd von Hertzen ehre. Vnd dann fürs 3. er auch anzeigete/ wie hochnothwendig der Gehorsam gegen diß Gebott sey.

Welches ist die sonderbare Bedrawung vnd Straff dieses Gebotts?

Verflucht sey/ wer seinem Vater vnd Mutter flucht/ im 5. Buch Mosis cap. 27. v. 16. Wer seinem Vater oder Mutter flucht/ der soll deß Todes sterben/ im 2. Buch Mosis cap. 21. v. 16. vnd im 3. Buch cap. 20. vers. 9.

C Vom

DE V. PRÆCEPTO.

Quodnam est quintum præceptum?

Non occides.

Quæ est hujus præcepti sententia?

Debemus DEum timere & diligere, ne vitæ proximi nostri incõmodemus, aut ægrè faciamus: sed illum adjuvemus & promoveamus in omnibus vitæ necessitatibus.

Quid significat in hoc præcepto occidere?

Significat vel 1. interioribus animi affectibus, ut puta ira, odio, invidia, vindictæ cupiditate:

Vel 2. gestu externo vultûs indecoro:

Vel 3. linguæ convitiis ac maledictis:

Vel 4. opere quocunque externo, vitæ ac saluti proximi nostri nocere & detrahere.

Quid igitur in hoc præcepto prohibetur?

Ne vitæ proximi, vel per nos ipsos, vel per alios, quocunque modo incommodemus, aut ægre faciamus & lædamus.

Quid verò in eodem nobis præcipitur?

Ut humanitate & benevolentia nostra proximum adjuvemus & promoveamus, in omnibus vitæ & corporis necessitatibus ac periculis.

Qua

Vom Fünfften Gebott.

Welches ist das Fünffte Gebott?

Du solt nicht tödten.

Was ist das?

Wir sollen Gott förchten vnd lieben/ daß wir vnserm Nechsten an seinem Leib keinen Schaden noch Leid thun: Sondern jhm helffen/ vnd fördern in allen Leibes Nöthen.

Was heist in diesem Gebott tödten?

Es heist entweder fürs 1. durch die innerliche Bewegung deß Hertzens/ alß Zorn/ Haß/ Neid/ Rachgier: Oder fürs 2. durch äusserliches feindliches Verstellen deß Angesichts: oder fürs 3. mit der Zungen/ durch Schmachreden/ Lästerwort vnd Fluchen: oder fürs 4. durch ein jede äusserliche Thätlichkeit vnserm Nechsten an seinem Leib/ Leben vnd Wolfahrt/ schaden vnd nachtheilig seyn.

Was wird vns dann in diesem Gebott verbotten?

Daß wir vnserm Nechsten/ auff keinerley Weise vnd Weg/ an seinem Leib vnd Leben Schaden noch Leids thun/ oder verletzen/ es geschehe durch vns oder von vnß selbst/ oder durch andere.

Was wird vns aber darinn zu thun gebotten?

Daß wir mit Freundligkeit vnd gutem Willen vnserm Nechsten behülfflich vnd förderlich seyn sollen/ in allen Leibes vnd Lebens Nöthen vñ Gefährligkeiten.

Quæ est promissio hujus præcepti?

Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur: Beati mites, quoniam hæreditabunt terram, *Matth. 5. v. 5. 7. 9.*

Quæ est comminatio & pœna hujus præcepti?

Quicunque sanguinem humanum effuderit, ejus sanguis vicissim per hominem effundetur, *Gen: 9. v. 6.* Qui gladium acceperit, gladio peribit, *Matth: 26. v. 52. &c.*

De VI. Præcepto.

Quodnam est sextum Præceptum?

Non mœchaberis.

Quæ est hujus præcepti sententia?

Debemus DEum timere & diligere, ut castè & pudicè vivamus, in verbis ac operibus, & unusquisq; suam conjugem amet & honoret.

Quid significat mœchari?

Significat Vel 1. interiori animi affectu inordinato;

Vel 2. gestu externo lascivo;

Vel 3. sermonis externi spurcitie;

Vel 4. opere externo, illicitum, extra legitimum conjugium, Veneris usum, fornicati-

Was für eine Verheissung hat dieses Gebott in sich?

Selig seynd die Barmhertzigen / dann sie werden Barmhertzigkeit erlangen. Selig seynd die Friedfertigen/dann sie werden Gottes Kinder heissen. Selig seynd die Sanfftmütigen / dann sie werden das Erdreich besitzen/ Matth. cap. 5. v. 5. 7. 9.

Welches ist der Fluch vnd Straff wieder die Vbertretter dieses fünfften Gebotts?

Wer Menschen Blut vergeust/dessen Blut sol wieder durch Menschen vergossen werden / im 1. Buch Mosis cap. 9. v. 6. Wer das Schwert nimbt / soll durchs Schwert vmbkommen/Matth. cap. 26. v. 26.

Vom Sechsten Gebott.

Welches ist das Sechste Gebott?

Du solt nicht ehebrechen.

Was ist das?

Wir sollen Gott fürchten vnd lieben/daß wir keusch vnd züchtig leben in Worten vnd Wercken/vnd ein jeglicher sein Gemahl liebe vñ ehre.

Was heist in diesem Gebott ehebrechen?

Es heist fürs 1. durch innerliche vnordenliche Neigung deß Hertzens: Zum 2. durch äusserliche vnzüchtige Geberden: Zum 3. durch äusserliche schandbare Reden: Zum 4. im Werck selbst/ ausserhalb dem ordenlich getroffenen Ehebund/ der Lustseuch nachhen-

cationes, scorrationes, adulterio incestu, raptu, sodomiâ, &c. sectari.

Quid verò in eodem nobis præcipitur?

Ut castè & pudicè in mente, verbis ac operibus vivamus, & unusquisq; suam conjugem amet & honoret.

Quæ est promissio hujus præcepti?

Qui ad proximi uxorem non accesserit, vita vivet, *Ezech. 18. v. 6, 9.*

Quæ est comminatio & pœna hujus præcepti?

Scortatores & adulteros judicabit Dominus, *Hebr. 13. v. 4.* Neque scortatores, neque mœchi, neque masculorum concubitores, regni Dei hæreditatem possidebunt, *1. Cor. 6. 9. Gal. 5. 21.*

De VII. Præcepto.

Quidnam est septimum præceptum?

Non furtum facies.

Quæ est hujus Præcepti sententia?

Debemus DEum timere & diligere, ne proximo pecuniam, aut bona sua, auferamus neque falsis mercibus, aut impostur is ad nos pertrahamus: Sed demus operam sedulò, ut bona ipsius conserventur, & ejus conditio melior reddatur.

Quid

gen/ durch Vnreinigkeit/ Hurerey/ Ehebruch/ Blutschand/ Entführung/ Sodomiterey vnd dergleichen.

Was wird vns darinnen zu thun befohlen?

Daß wir keusch vnd züchtig leben mit Gedancken/ Worten vnd Wercken/ vnd ein jeglicher sein Ehegemahl liebe vnd ehre.

Was hat diß Gebott für Verheissung?

Wer seines Nechsten Weib nicht befleckt/ der soll das Leben haben/ Ezech. cap. 18. v. 6. vnd 9.

Was hat es aber für Straff vnd Drowung?

Die Hurer vnd Ehebrecher wird GOtt richten/ Hebr. cap. 13. v. 4. Weder die Hurer/ noch die Ehebrecher/ noch die Weichlinge/ noch die Knabenschänder/ werden das Reich Gottes besitzen/ 1. Corinth. cap. 6. v. 9. Gal cap. 5. v. 21.

Vom Siebenden Gebott.

Welches ist das siebende Gebott?

Du solt nicht stelen.

Was ist das?

Wir sollen GOtt fürchten vnd lieben/ daß wir vnserm Nechsten sein Geld oder Gutt nicht nehmen/ noch mit falscher Wahr oder Handel an vns bringen/ sondern jhm sein Gutt vnd Nahrung helffen bessern vnd behüten.

Quid significat furari?

Significat 1. interiori cordis cõcupiscẽtia;

Vel 2. exteriori oculorum cupiditate;

Vel 3. facto externo, illicitâ, scilicet rerum, per impostura, & exactiones varias, acquisitione: clancularià surreptione, aut violentâ direptione: iniquà itidem possessione & injusta communicatione, facultatibus proximi insidiari, easdemque ad se pertrahere.

Quid ergò in præcepto prohibetur?

Ne pecuniam, facultamus, aut bona proximo nostro auferamus, neque falsis mercibus, aut impostura variis, sub quocunque prætextu, ad nos pertrahamus, & iniquè possideamus.

Quid verò in eodem nobis præcipitur?

Ut demus operam, quò proximi opes cõserventur, ejusque conditio, quantum fieri possit, melior à nobis reddatur.

Quæ est pœna furti?

In veteri quidem Testamento erat restitutio, pro delicti qualitate, vel quadrupli vel quintupli, nõnunquam verò septupli, *Prov. 6. 31.* Hodie verò capitali suspendii supplicio (consideratis certis quibusdam circumstantiis) è constitutionibus Impp. afficitur.

Was heist Stelen?

Es heist 1. durch die jnnerliche Begierd deß Hertzens: Oder fürs 2. durch die äusserliche böse Gelüst deß Ersehens: Oder fürs 3. durch äusserliche Thätigkeit im Werck selbsten / alß durch vngebührliche Ansichziehung mit Betrug / Auffsatz vnd Finantz / durch heimliche Entführung / oder gewaltsame Beraubung / durch vnrechtmäßige Besitzung / durch vnbillgen Genüß / vnd dergleichen / deß Nechsten Güter nachstellen / vnd dieselbe an sich bringen.

Was wird dann in diesem Gebott verbotten?

Daß wir vnserm Nechsten sein Geld oder Gut nicht nehmen: noch mit falscher Wahr oder Handlung / vnter was für einem Schein Rechtens es auch jmmer geschehen mag / an vnß bringen / vnd vnbilliger weise nicht besitzen sollen.

Was wird vnß aber im selben befohlen?

Daß wir Fleiß ankehren / damit der Nechste sein Gut behalte / vnd so viel möglich / seine Nahrung gebessert werde.

Was für Straff gehöret auff den Diebstal?

Zwar im Alten Testament / muste man den Diebstal wieder erstatten / nach Gelegenheit deß Frevels / entweder vierfältig oder fünfffältig / zu zeiten auch siebenfältig / in Sprüchen Salomon. cap. 6. v. 31. Heutiges Tags aber wird Diebstal / (doch mit Betrachtung gewisser Vmbständen /) mit dem Galgen oder Strang / an Leib vnd Leben / nach Jnhalt Keyserlichen Peinlichen Hals Gerichts Ordnung gestrafft.

De VIII. Præcepto.

Quodnam est octavum præceptum?

Non loqueris falsum testimonium adversus proximum tuum.

Quæ est hujus præcepti sententia?

Debemus DEum timere & diligere, ne proximum falsis mendaciis involvamus, prodamus, traducamus, aut infamiâ aliquâ afficiamus: sed illum excusemus, aliquid boni de eo loquamur, & omnia in meliorem partem accipiamus & interpretemur.

Quid significat loqui falsum testimonium?

Significat sive clàm, sive apertè suspicari, dicere, aut testari, quod honesto cujusvis nomini, existimationi, famæ, ac personæ, quoquo modo derogat.

Quid in hoc præcepto nobis prohibetur?

Ne proximum falsis mendaciis involvamus, prodamus, traducamus, infamiâ aliquâ afficiamus, vel temerè aut indictâ causâ cõdemnemus.

Quid verò in eodem præcipitur?

Ut proximum contra mendacia & obtrectationes aliorum excusemus, benè de eo sentiamus & loquamur, omnia in meliorẽ par-

Vom Achten Gebott.

Welches ist das Achte Gebott?

Du solt kein falsch Zeugnüß reden wieder deinen Nechsten.

Was ist das?

Wir sollen Gott förchten vnd lieben/ daß wir vnsern Nechsten nicht fälschlich beliegen/ verrahten/ affterreden/ oder einen bösen Leymund machen: Sondern sollen jhn entschuldigen/ gutes von jhm reden/ vnd alles zum besten kehren.

Was heist falsch Zeugnüß reden.?

Es heist entweder heimlich oder offentlich argwohnen/ reden oder zeugen/ so eines jeden ehrlichen Namen/ Ansehen/ guten Gerücht/ oder eines Person auff einigerley Maß vnd Weise abbrüchlich oder verkleinerlich ist.

Was wird in diesem Gebott gebotten?

Daß wir vnsern Nechsten nicht fälschlich belügen/ verrathen/ affterreden/ schänden vnd schmähen/ auch nicht freventlicher Weise/ ohne vorgangne Erkäntnüß der Sachen/ verdammen sollen.

Was wird vns dann in diesem Gebott zu thun befohlen?

Daß wir den Nechsten wieder Lugen vnd Verleumdung anderer Leut entschuldigen/ wol von jhm halten vnd reden: alles zum besten kehren/ vnd in allen vn-

sern

partem accipiamus & interpretemur: inq; omnibus negotiis noſtris veritatem conſtanter ſectemur.

Quæ eſt promiſſio hujus præcepti?

Qui loquitur veritatem in corde ſuo, & non detrahit linguâ ſuâ, habitabit in tabernaculo Domini, *Pſal. 15.3.*

Quæ eſt ejus pœna?

Abominatio ſunt labia mendacia Domino, *Prov. 12.22.* qui perdet loquentes mendacium, *Pſal. 5.7.*

De IX. Præcepto.

Quodnam eſt nonum præcepsum?

Non concupiſces domum proximi tui.

Quæ eſt hujus præcepti ſententia?

Debemus DEum timere & diligere, ne hæreditatem, vel domum proximi noſtri dolo malo captemus, aut ſub ſpecie juris, & recti facultatibus noſtris adjungamus: ſed potius eum, ut ſuas fortunas integras retineat, juvemus.

Quid intelligis per domum proximi?

Non ædificia, & habitationem tantùm proximi, ſed & quamvis ejuſdem hæreditatem, quam poſſidet.

Quid

ſern Händeln der Warheit beſtändig nachſtreben ſollen.

Was für eine Verheiſſung hat dieſes Gebott?

Wer die Warheit redt von Hertzen/ vnd mit ſeiner Zungen nicht verleumdet/ der wird wohnen auff den Bergen Gottes/ Pſal. 15. v. 2. 3.

Was für eine Straff haben die Vbertretter dieſes Gebotts zu gewarten?

Falſche Mäuler ſeynd dem HErrn ein Greuel/ in Sprüchwörtern Salom: cap. 11. v. 22. Der HErr bringet die Lügner vmb/ Pſal. 5. v. 7.

Vom Neundten Gebott.

Welches iſt das Neundte Gebott?

Du ſolt nicht begehren deines Nechſten Hauß.

Was iſt das?

Wir ſollen Gott fürchten vnd lieben/ daß wir vnſerm Nechſten nicht mit Liſt nach ſeinem Erb oder Hauß ſtehen/ noch mit einem Schein deß Rechten an vns bringen: Sondern jhm daſſelbige zu behalten/ förderlich vnd dienſtlich ſeyn.

Was verſteheſtu durch deß Nechſten Hauß?

Nicht allein deß Nechſten Gebäw vnd Wohnung: ſondern auch alles ſein Erbe vnd Gutt/ ſo er jnnen hat vnd beſitzet.

Quid ſignificat concupiſcere domum?

Significat interiori cordis affectu pravo, & inclinatione inordinata, ea, quæ alterius ſunt, deſiderare.

Quid ergo in hoc præcepto nobis prohibetur?

Ne quamcunque hæreditatem, vel domum proximi noſtri dolo malo captemus, aut ſub ſpecie juris & recti iniquè facultatibus noſtris adjungamus.

Quid verò in eodem nobis præcipitur?

Ut proximum, quo fortunas & opes ſuas integras retineat, quantùm poſſumus, juvemus.

De X. Præcepto.

Quòdnam eſt præceptum decimum?

Non deſiderabis uxorem proximi tui, non ſervum, non ancillam, non bovem, non aſinum, nec omnia, quæ illius ſunt.

Quid eſt hujus præcepti ſententia?

Debemus DEum timere & diligere, ne proximo, uxorem, ſervos, ancillas, vel pecudes ſuas abalienemus, abſtrahamus: ſed illos adhortemur, ut maneant, & ſuum officium diligenter faciant.

Quid

Was heiſt das Hauß begehren?

Es heiſt durch innerliche böſe Liſt deß Hertzens / vnd vnordenliche Neigung das begehren / was eines andern iſt.

Was wird vns dann in dieſem Gebott verbotten?

Daß wir vnſerm Nechſten nicht mit Liſt nach ſeinem Erbe oder Hauſe ſtehen / auch nicht mit einigem Schein deß Rechten an vnß bringen.

Was wird vns aber darinn zu thun befohlen?

Daß wir vnſerm Nechſten nach allem Vermögen / Dienſt vnd Förderung erzeigen / daß er all ſein Haab vnd Gut vnverſehrt behalten möge.

Vom Zehenden Gebott.

Welches iſt das Zehende Gebott?

Du ſolt nicht begehren deines Nechſten Weib / Knecht / Magd / Vieh / oder alles / das ſein iſt.

Was iſt daß?

Wir ſollen Gott förchten vnd lieben / daß wir vnſerm Nechſten nicht ſein Weib / Geſind oder Vieh abſpannen / abdringen / oder abwendig machen: ſondern dieſelbige anhalten / daß ſie bleiben vnd thun was ſie ſchuldig ſeynd.

Was

Quid in hoc præcepto nobis prohibetur?

Non proximo uxorem, servos, ancillas, vel pecudes abalienemus, aut abstrahamus.

Ergóne uxoris tantùm, servorum, ancillarum, pecudum, &c. non aliarum rerum concupiscentia hic prohibetur?

Non, sed quia homines ardentiùs ferè, & fraudulentiùs hæc cõcupiscunt, ideò speciatim exprimuntur: reliqua verò omnia generali interdicto prohibentur quod Dominus immediatè his verbis subjicit. *Nec quicquam eorum, quæ sunt proximi tui:* Deut. 5. v. 21.

Quid porrò in hoc præcepto nobis præcipitur?

Ut uxorem, servos & ancillas proximi adhortemur & urgeamus, ut in officio maneant, & suum officium diligenter faciant.

Qua pœna & comminatio est hujus, ac præcedentis præcepti?

Concupiscentia quando concepit, parit peccatum: peccatum verò mortem, *Jacob. 1. v. 15.*

Quid summatim dicit Deus de his præceptis omnibus?

Sic dicit: Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationẽ eorum,

Was wird vns in diesem Gebott verbotten?

Daß wir vnserm Nechsten nicht sein Weib/Gesind oder Vieh abspannen/abdringen/oder abwendig machen.

Wird dann nur allein das Begehren deß Weibs / Knechts/ Magd/ Viehs/ vnd keiner anderer Dingen mehr allhie verbotten?

Nein: sondern weil die Leut diese Ding mit mehrem Lust vnd Betrug begehren/ eben darumb werden sie mit Namen genennet; alle andere Ding aber werden in dem allgemeinen Verbott vntersagt/ welches Gott der HErr so bald darauff in diesen Worten daran henget: Noch alles/was dein Nechster hat/ im 5. Buch Mosis am 5. cap. v 1.

Was wird vns ferners in diesem Gebott zu thun anbefohlen?

Daß wir vnsers Nechsten Weib/Knecht vñ Mägd anhalten vnd vermahnen/ daß sie bleiben/ vnd thun/ was sie schuldig seynd.

Was für eine Drowung ist auff diß/ vnd das vorgehende Gebott gesetzt?

Wann die Lust empfangen hat/gebieret sie die Sünde/ die Sünde aber/ wann sie vollendet ist/ gebieret sie den Tod/ Jacobi cap 1. v. 15.

Was sagt nun Gott von diesen Gebotten allen?

Er sagt also: Ich der HErr dein Gott/bin ein starcker/ eyferiger GOtt/ der über die so mich hassen/die Sünde der Väter heimsucht an den Kindern/ biß ins

eorum, qui oderunt me; & faciens misericordiã in millia, his, qui diligunt me, & cũstodiunt præcepta mea, *Exod. 20. 5. 6. Deut. 5. 9.*

Quæ est horum verborum sententia?

Deus minatur pœnam omnibus, qui ista præcepta transgrediuntur, & violant. Debemus igitur expavescere, & timere iram Dei, & nihil contra hujusmodi præcepta facere. Promittit verò gratiã & omnia bona omnibus, qui mandata ejus observant. Meritô igitur debemus Deum timere, diligere & illi confidere, & secundùm præcepta ejus omnẽ nostram vitã sedulò ac diligenter instituere.

* *Qui fit, quod hæc verba à D. Luthero ad calcem præceptorum Decalogi affigantur, cùm tamen Deus ea ipsa verba primi præcepti de sculptilibus immediatè subjecerit?*

Fit hoc ideò: Quia 1. generalem rationẽ continent, cur omnibus præceptis Dei obediendum: nempe quia legislator Dominus Deus noster, vide *Levit. 25. 2.* Quia 2. generalem continent cõminationẽ, adversus transgressores non tantùm primi, sed etiam omnium reliquorũ præceptorũ Decalogi. Quia 3. continet generalẽ promissionẽ erga omnes, qui mandata ej⁹ non tantùm in primo, sed in omnib⁹ reliquis præceptis, servãt.

dritte vnd vierdte Glied: Aber denen/ so mich lieben/ vnd meine Gebott halten/ thue ich gutts biß in tausend Glied/ im 2. Buch Mosis/ cap. 20. v. 5. 6. vnd im 5. Buch cap. 5. v. 9

Was ist das?

Gott dröwet zu straffen/ alle die diese Gebott übertretten/ darumb sollen wir vns förchten für seinem Zorn/ vnd nicht wieder solche Gebott thun: Er verheist aber Gnad vnd alles gutts/ allen die solche Gebott halten/ Darumb sollen wir jhn lieben vnd vertrawen/ vnd gern thun nach seinen Gebotten.

Wie kompts/ daß D. Luther diese Wort zu Ende der Zehen Gebott gesetzt hat/ da sie doch Gott der HERR den Worten erstes Gebotts von Bildern ohn mittelst angehefftet hat?

Es ist darumb geschehen: 1. Weil in denselbigen Worten ein gemeine Vrsach gefasset ist/ derenthalben man allen Gebotten gehorsamen solle/ nemblich/ weil der HErr vnser GOtt selbst das Gesetz gegeben hat. Liese/ was im 3. Buch Mosis cap. 25. v. 2. geschrieben stehet.

Zum 2. Weil sie ein gemeine Dröwung mit sich bringen wider die Vbertretter/ nicht allein deß ersten/ sondern auch aller der andern Gebott.

Fürs 3. Weil sie ein gemeine Verheissung in sich fassen/ so alle die angehet/ welche nicht allein das erste/ sondern auch alle die andere Gebott halten.

* *Licuitne hoc D Luthero facere?*

* *Quomodo probas Spiritum sanctum, à Patre & Filio procedere?*

Quod à Patre procedat, disertis verbis asseritur, *Joh. 15. v. 26.* Quod verò etiam simul à Filio procedat, probatur inter alia, quia

Die Anruffung/ Röm. am 8. v. 15. Ihr habt nicht den Knechtlichen Geist empfangen/ daß ihr euch abermahl fürchten müstet/ sondern ihr habt einen Kindlichen Geist empfangen/ durch welchen wir ruffen/ Abba/ lieber Vater.

Vnd dañ zum 6. weil jhm die rechte Göttliche Ehr der Anruffung/ so Gott allein gebühret/ erzeigt wird.

Daher ziehe das Sprüchlein/ Esa. 6. v. 3 Heilig/ Heilig/ Heilig/ welches dañ auch auf den H. Geist gedeutet werde.

Welches vnd anders mehr klärlich vnd vnzweiffenlich erweiset/ daß der H. Geist warhafftig/ eigentlich vnd von Natur Gott sey

Wie wiltu beweisen/ daß der H. Geist ein sonderbare vom Vater vnd Sohn in der That vnterschiedene Person sey?

Ich beweise es 1. daher: Weil wir vnterschiedlich im Glauben bekennen/ Wir glauben 1. an GOtt Vater/ 2. an Gott Sohn/ 3. an Gott H. Geist.

Zum 2. Weil er sich bey der Tauff Christi/ als eine Person/ so vom Vater vnd Sohn vnterschieden ist/ offenbaret hat/ Matth. 3. v. 16. Joh. 1. v. 32.

Zum 3. Weil er ausdrücklich ein anderer Tröster von Christo genennt wird/ Joh. 14 v. 16. Derowegen ist er auch ein sonderbare vom Vater vnd Sohn vnterschiedene Person.

Wie wiltu beweisen/ daß der Heilige Geist vom Vater vnd Sohn ausgehe?

Daß er vom Vater ausgehe/ das bewehret die Schrifft mit ausdrücklichen Worten/ Joh 15. v. 26. daß er aber zugleich auch vom Sohn ausgehe/ dasselbige wird vnter andern auch daher erwiesen/ weil er

der

quia dicitur Spiritus Filii Dei, *Gal. 4 v. 6.* Spiritus Christi, *Rom. 8. v. 9.* Spiritus oris & labiorum Christi, *2. Thess. 2. v. 8. Esa. 11. v. 4.* & ab ipso etiam Filio mittitur, *Joh. 15. v. 26. & 16. v. 7.*

Cur verò Spiritus Sanctus appellatur SPIRITUS?

Spiritus appellatur quia 1. verè est essentia divina spiritualis incorporea.

2. Quia intra simplicissimam divinitatis essentiã à Patre & Filio ineffabiliter spiratur

3. Quia spirituales motus in cordibus hominum excitat.

Cur appellatur Spiritus SANCTUS?

Sanctus dicitur 1. quia ipse essentialiter sanctus est.

2. Quia veræ sanctitatis auctor est, omnesque electos verè sanctificat.

Quomodo verò opus hoc sanctificationis Spiritus Sanctus perficit?

Ecclesiam in terra vocat, congregat, illuminat, sanctificat, & in Jesu Christo per unicam ac veram fidem conservat.

Quod si ergo Spiritus S. per veram fidem illuminat, &c. nemo suis viribus in conversione ad Deum quicquam efficit?

Nihil quicquam: Ideò namque credo me pro-

der Geist deß Sohns Gottes genant wird/ Galat. 4. v. 6. der Geist Christi/ Rom. 8 v. 9. deßgleichen der Geist deß Mundes/ vnd der Lippen Christi/ 2. Thess. 2. v. 8. Esa: 11. v. 4. weil er auch vom Sohn selbst gesand wird/ Joh. 15. v. 26. c. 16. v. 7.

Warumb wird der Heilige Geist ein Geist genennt?

Daher/ weil er 1. vor sich selbst ein Geistliches Wesen ist.

2. Weil er von vnd in dem reinen Göttlichen Wesen vom Athem deß Vaters vnd deß Sohns vnausforschlicher Weise herkompt vnd ausgehet.

3. Weil er Geistliche Bewegungen in den Hertzen der Menschen erregt vnd erwegt.

Warumb wird er ein Heiliger Geist genennt?

Weil er 1. selbst die wesentliche Heiligkeit ist.

2. Weil er ein Stiffter ist aller warhafftigen Heiligkeit/ vnd dann alle Auserwehlten warhafftig heilig machet.

Wie verrichtet aber der Heilige Geist das Werck der Heiligung?

Er berufft die Christliche Kirch auff Erden/ samblet/ erleuchtet/ heiliget vnd erhält sie bey Christo Jesu/ in rechtem einigen Glauben.

So mercke ich wol/ es kan kein Mensch in der Bekehrung zu GOtt mit seinen natürlichen Kräfften etwas ausrichten?

Er vermag nichts: Dann darumb glaube ich/ daß

ich

propriis rationis meæ viribus Jesu Christo; Domino meo fidere, aut ad eum accedere & pervenire nullo modo posse.

Quare hoc?

Quia per lapsum primorem nostrorum parentum omnes intellectus, & voluntatis nostræ vires usque adeo deperditæ sunt, ut non simus idonei cogitare aliquid boni ex nobis tanquam ex nobis, *1. Corinth. 3. v. 5.*

Unde ergo conversio ad Deum, & fides in Jesum Christum provenit?

Donum est Spiritus Sancti gratuitum, qui suâ operatione hanc ipsam in nobis perficit

Quibus autem mediis Spiritus sanctus eandem in nobis perficit?

Per SS. verbum & Sacramenta. Per Evãgelium enim nos vocat, suis donis illuminat, in recta fide sanctificat & conservat.

II. De Ecclesia.

Quibus verbis articulus de Ecclesiâ proponitur?

Credo Ecclesiam sanctam Catholicam, Sanctorum communionem.

Cur dicis Credo Ecclesiam?

Quia firmiter statuo, Deum ministerio ver-

ich nicht aus eigner Vernunfft noch Krafft an Jesum Christum meinen HErrn glauben/ oder zu jhm kommen kan.

Wie so das?

Weil durch den leidigen Sündenfall vnserer ersten Eltern die Kräffte vnsers Verstands vnd Willens in Göttlichen Sachen so gar verderbet/ daß wir nicht tüchtig seynd etwas gutes zu thun von vnß selber/ alß von vnß selber/ 1. Cor. cap. 3. v. 5.

Woher kompt dann die Bekehrung zu Gott/ vnd der Glaub in Jesum Christum?

Es ist eine Gnaden Gab deß Heiligen Geistes/ welcher dieselbige in vnß durch seine kräfftige Wirckung vollbringet

Was für Mittel gebraucht aber der Heilige Geist?

Die Predig deß Göttlichen Worts/ vnd die Heil. Sacramenten. Dann durchs Evangelium beruffet er vnß/ erleuchtet vnß mit seinen Gaben/ heiliget vnd erhält vnß im rechten einigen Glauben.

2. Von der Christlichen Kirchen.

In welchen Worten wird der Articul von der Christlichen Kirchen vorgetragen?

Ich glaub eine heilige Christliche Kirche/ die Gemeinschafft der Heiligen.

Warumb sprichstu/ ich glaub eine Christliche Kirche?

Weil ich festiglich glaube/ daß jhm GOtt allezeit durchs

verbi & Sacramentorum sibi semper in hoc mundo Ecclesiam colligere, eandemque usque ad finem mundi conservare velle: *Esa. 55. 10. & 59. 21. Matth. 16. 18. & 29. 19. Johan. 10. 16.*

Quid est Ecclesia?

Est cœtus hominum vocatorum audientium, & amplectentium Verbum DEI, & rectè utentium Sacramentis.

Cur dicitur Ecclesia SANCTA?

Sancta dicitur, quia 1. Christus eam sanguine suo sanctificat, *Ephes. 5. v. 26.*

2. Quia ejusdem merito per verbum, sacramenta & fidem purificatur.

3. Quia operibus sanctitatis & justitiæ Deo servit, *Luc. 1. v. 75.*

4. Quia exercitiis sanctis cultus divini & charitatis Christianæ occupatur.

Cur dicitur CATHOLICA?

Catholica dicitur, quia 1. in universo mundo ex quorumvis hominum genere colligitur.

2. Quia Catholicam doctrinam Prophetarum, Christi, & Apostolorũ unanimi consensu profitetur & approbat; Quo sensu & CHRISTIANA dicitur & APOSTOLICA.

Cur

durchs Wort vnd H. Sacramenten in dieser Welt eine Kirche samlet/ vnd dieselbige/ auch biß ans End der Welt gnädiglich erhalten wolle/ Esa. cap. 55. v. 10. cap. 59 v. 21. Matth. 16. v. 18. vnd 28 v. 19. Joh. 10. v. 16.

Was ist dann die Christliche Kirch?

Es ist die Versamblung der beruffenen Menschen/ welche das Wort Gottes hören/ vnd auch annehmen/ sich der heiligen Sacramenten/ nach Christi Einsetzung/ recht gebrauchen.

Warumb wird die Christliche Kirch eine Heilige Kirche genant?

Heilig wird sie genennt/ weil sie 1. Christus mit seinem Blut geheiliget/ Eph. cap. 5. v 26.

Zum 2. Weil sie in Krafft seines Verdienstes durchs Wort/ vnd durch die H. Sacramenten vnd Glauben geheiliget vnd gereiniget wird.

3. Weil sie in Wercken der Heiligkeit vnd Gerechtigkeit Gott dienet.

4. Weil sie mit heiligen Vbungen deß Gottesdinsts vnd der Christlichen Liebe vmbgehet.

Warumb wird sie ein allgemeine Kirch genennt?

Darumb/ 1. Weil sie auß allerley Menschen in der gantzen Welt versamblet wird.

2 Weil sie die allgemeine Catholische Lehr der Propheten/ Christi/ vnd der Aposteln bekennet/ vnd in einhelligem Consens derselbigen beypflichtet/ in welchem Verstand sie auch eine Christliche vnnd Apostolische Kirche genennet wird.

Cur creditur SANCTORUM COMMUNIO?

Quia in Ecclesia Catholica una & eadem est sanctorum communio, 1. doctrinæ & fidei, 2. Sacramentorum Baptismi & Cœnæ Dominicæ, 3. Corporis mystici, cujus caput Christus est, 4. Spiritus, 5. spei vitæ æternæ, *Ephes. 4. v. 3. & seqq.*

Quæ sunt Ecclesiæ hujus sanctæ & Catholicæ veræ & infallibiles notæ?

Sunt potissimùm duæ. 1. Pura verbi Dei prædicatio. 2. legitima sacramentorum à Deo institutorum dispensatio.

Quare hoc?

Quia hæ ipsæ notæ 1. veram Ecclesiam certò demonstrant.

2. Eidem soli & semper conveniunt.

3. Eandem ab aliis quibusvis cœtibus distinguunt.

4. Ab eadem denique separari nequeunt.

III. DE REMISSIONE PECCATORUM SEU JUSTIFICATIONE.

Cur dicis in Symbolo: Credo remissionem peccatorum?

Quia certò statuo, me coram Deo meis viribus, aut operibus justificari non posse, sed

Warumb glaubt man eine Gemeinschafft der Heiligen?

Weil in der allgemeinen Christlichen Kirchen einerley Gemeinschafft der Heiligen ist/ so viel belanget/ 1. die Lehr vnd den Glauben/ 2. die heilige Sacramenten/ der Tauff/ vnd deß HErrn Abendmahls. 3. So viel berühret den Christlichen Geheimnüß-Leib/ daran Christus das Haupt ist. 4. Weil sie einen einigen Geist haben. Vnd zum 5. einerley Hoffnung der ewigen Seligkeit/ Ephes. 4. v. 3. 4. 5.

Welches seynd aber die warhafftige/ vnbetriegliche Kennzeichen dieser heiligen vnd allgemeinen Kirchen?

Deren seynd fürnemblich zwey/ 1. die reine vnverfälschte Verkündigung deß Worts Gottes. 2. die ordenliche Verhandlung der heiligen Sacramenten/ in der Form/ wie sie Gott selbst eingesetzt hat.

Warumb das?

1. Weil nur diese allein die rechte wahre Kirch gewiß vnd vngezweiffelt zu erkennen geben. 2. Weil sie auch derselben allein vnd allezeit angehörig seynd. 3. Weil sie ingleichem dieselbige von allen andern Versamblungen vnterscheiden. 4. Weil sie auch von derselbigen nicht können abgeschieden oder getrennet werden.

Von der Rechtfertigung.

Warumb sprichstu im Apostolischen Glauben: Ich glaub vergebung der Sünden?

Weil ich für gewiß halt/ daß ich aus eignen Kräfften vnd Wercken vor Gott nicht kan gerecht vnd selig

sed remissionem peccatorum gratuitò per fidem Jesu Christi mihi condonari. Ubi enim peccatorum remissio, ibi vera est justificatio.

Quid est Justificatio?

Justificatio est actio Dei, quâ homini peccatori verè in Christum credenti, ex gratuitâ suâ misericordia propter meritum Christi, peccata remittit, & ad vitam æternam acceptat, *Rom. 3. v. 24. & seqq. & 4. v. 4. 5. Gal. 2. v. 3. &c.*

Quomodo ergo coram Deo justificaris, & salutem aternam consequeris?

Non ex operum meritis, aut justitia aliquâ inhærente & infusa: sed solâ Dei gratuitâ misericordiâ, per & propter solius Christi meritum, verâ cordis fiducia apprehensum, & mihi applicatum.

Seu:

Per sacrosanctam obedientiam, passionem item, & mortem Domini, & Redemptoris mei (Jesu Christi) non per ulla opera alia, Id quod indubitata fide statuo, & in eodem omnem cordis mei fiduciam colloco.

Quibus

werden/sondern daß mir Vergebung der Sünden aus Gnaden/ durch den Glauben an Jesum Christum geschencket werde. Dann wo Vergebung der Sünden ist/da ist auch gewiß die Rechtfertigung oder Gerechtigkeit.

Was ist dann die Rechtfertigung deß Armen Sünders vor Gott?

Die Rechtfertigung ist eine Handlung oder Werck Gottes / in dem er dem armen sündigen Menschen / der warhafftig an Christum glaubt/aus lauter vnverdienter Gnad vñ Barmhertzigkeit/ vmb deß Verdienstes Christi willen/die Sünden vergibt/ vnd jhn zur ewigen Seligkeit annimbt/ Rom. c. 3. v. 24. 25. 26. c. 4 v. 5. Gal. c. 2. v. 3. 4

Wie wirstu dann nun vor GOtt gerecht / vnd welcher Gestalt erlangestu das ewige Leben?

Nicht aus Verdienst oder Wercken/ auch nit durch eine anklebende oder eingegossene Gerechtigkeit: sondern einig vnd allein durch die grundlose vnverdiente Barmhertzigkeit Gottes / vmb deß alleinigen Verdiensts willen/ meines HErrn Christi/ welchen ich in rechter wahrer Zuversicht deß Hertzens ergreiffe / vnd mir zueigne.

Oder:

Durch den allerheiligsten Gehorsam vnd bittere Leiden vnd Sterben meines HErrn vnd Erlösers Jesu Christi/vnd durch keinen andern Verdienst/das halte ich mit festem Glauben/vnd darauff stehet alle meines Hertzens Zuversicht.

Quibus scripturæ testimoniis idipsum probas:

Inter quam plurima alia his inprimis:

Ephes. 2. 8. Gratia salvati estis per fidem, & hoc non ex vobis; Dei donum est, non ex operibus.

Rom. 3. 24. Justificamur gratis ipsius gratia, per redemptionem factam in Christo.

Rom. 3. 28. Arbitramur hominem justificari *per fidem, sine* operibus legis.

2. Tim. 1. 9. Deus salvavit nos, Non ex operibus nostris, sed secundum propositum & gratiam, quæ data est nobis in Christo, ante tempora secularia.

* *Qui verò & solâ gratiâ Dei, & solo merito Christi, & sola fide: qui itidem verbo & sacramentis justificari dicimur?*

Justificamur 1. gratuita Dei misericordia, tanquam causa efficiente procreante.

Justificamur 2. merito Christi, tanquam causa sola meritoria.

Justificamur 3. fide sola, tanquam causa instrumentali, & organo salutem apprehendende.

Justificamur denique 4. verbo & sacramentis, tanquam organis salutem partim offerentibus, partim obsignantibus.

Mit was Zeugnussen der Schrifft beweistu solches?

Untern andern sehr vielen fürnemlich mit diesen.

Ephes. 2. v. 8. Aus Gnaden seyd jhr selig worden durch den Glauben/ vnd dasselbige nicht aus euch/ Gottes Gabe ist es.

Rom. am 3. v. 24. Wir werden ohne Verdienst gerecht/ auß seiner Gnade/ durch die Erlösung/ so durch Christum Jesum geschehen ist.

Rom. am 3. v. 28. So halten wir es nun/ daß der Mensch gerecht werde/ ohne deß Gesetzes Werck/ allein durch den Glauben.

2. Timoth. 1. v. 9. Er hat vns selig gemacht/ nicht nach vnsern Wercken/ sondern nach seinem Fürsatz vnd Gnade/ welche vns gegeben ist in Christo Jesu/ vor der Zeit der Welt.

Wie kan aber dieses bey einander stehen/ das du sagest/ wir werden gerecht/ allein auß Gottes Gnaden/ allein durch den Verdienst Christi: allein durch den Glauben vnd gleichwol auch durchs Wort vnd die heilige Sacramenten?

Es kan gar wol bey einander stehen: Dann wir werden gerechtfertiget/ 1. Aus Gnaden/ vnd vnverdienter grundloser Barmhertzigkeit Gottes/ alß von welcher es alles vrsprünglich herrühret. 2. Durch das Verdienst Christi/ durch welchen allein vnß alles erworben ist. 3. Werden wir gerecht allein durch den Glauben/ alß durch die einige Mittel-Hand/ dardurch wir die Seligkeit allein ergreiffen. 4. Werden wir gerechtfertiget durchs Wort vñ die H. Sacramenten/ alß durch die Mittel/ welche vnß zum theil die Seligkeit anbieten/ zum theil auch dieselbige versiegeln vñ bekräfftigē.

IV. De Carnis Resurrectione.

Cur dicis Credo *carnis resurrectionem?*

Quia nullo rationis meæ sensu intelligere possum, sed solum juxta promissiones divinas, indubitatâ fidei resurrectionem mortuorum expecto.

* *Sed cur solius carnis resurrectionem credis?*

Quia illud propriè resurget, quod cecidit; atqui solum corpus sive caro cecidit, E. solum etiam corpus sive caro resurget. Anima enim, cùm sit immortalis, *Matth. 10. 28.* propriè neque mori neq; resurgere poterit.

Quibus scriptura testimoniis probas, certò resurrectionem carnis & mortuorum futuram?

Job. 19. 25. Scio quòd redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra resurrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum.

Esa. 26. v. 19. Vivent mortui tui, & cum corporibus suis resurgent.

Johan. 5. v. 25. Veniet hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei; & prodibunt, qui bona fecerunt ad resur-

Von Aufferstehung deß Fleisches.

Warumb sprichstu / ich glaub ein Aufferstehung deß Fleisches?

Weil ich es mit meiner Vernunfft vnd Witz auff keine Weiß erreichen oder begreiffen kan / sondern nur in Krafft Göttlicher Verheissung erwarte ich / in vngezweiffeltem Glauben / ein Aufferstehung der Todten.

Warumb glaubstu aber allein die Aufferstehung deß Fleisches?

Weil / eigentlich davon zu reden / das aufferstehen wird / welches gefallen ist: Nun ist aber allein der Leib oder das Fleisch gefallen. Derowegen wird auch allein der Leib oder das Fleisch aufferstehen / demnach aber die Seel vnsterblich ist / Matth. c. 10. v. 28. alß kan sie / eigentlich zu reden / weder sterben noch aufferstehen.

Mit was Zeugnüssen der Schrifft wiltu bezeugen vnd darthun / daß eine Aufferstehung deß Fleisches gewißlich erfolgen werde?

Job. c. 19. v. 25. Ich weiß daß mein Erlöser lebt / vnd er wird mich hernacher aus der Erden aufferwecken: vnd werde darnach mit dieser meiner Haut vmgeben werden / vnd werde in meinem Fleisch Gott sehen. Esa. c. 26. v. 19. Deine Todten werden leben / vnd mit dem Leichnamb aufferstehen. Joh. c. 5. v. 25. 29. Es kombt die Stund / in welcher alle / die in den Gräbern sezn / werden die Stim deß Sohns Gottes hören / vnd werden herfür gehen / die guts gethan haben /

resurrectionem vitæ, qui verò mala fecerunt, ad resurrectionem Judicij

Joh. 11. 25. Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.

Quinam sunt resurrecturi?

Omnes omninò homines, quotquot à principio mundi vixerunt, & ad finem ejus vivent; cujuscunque sint sexus, ætatis & status: sive boni sive mali, sive justi sive injusti *Matth. 25. 32. Johan. 5. 28.*

Quo discrimine resurgent?

Illi, qui bona egerunt, prodibunt ad resurrectionem vitæ æternæ. Qui verò mala egerunt, ad resurrectionem judicij & ignominiæ æternæ, *Joh. 5. 29. Dan. 12, 2.*

V. De Vita Æterna.

Cur dicis Credo *vitam æternam?*

Quia eandem rationis meæ sensibus non percipio, sed ex solo verbo Dei, indubitatâ fide certò futuram esse statuo.

Unde probas esse vitam æternam?

Ex immotis scripturæ testimoniis:

Matth. 25. 46. Ibunt justi ad vitam æternam.

Dan.

ben/ zur Aufferstehung deß Lebens/ die aber übels gethan haben/ zur Aufferstehung deß Gerichts.

Joh. cap. 11. v 25. Ich bin die Aufferstehung vnd das Leben/ wer an mich glaubet/ der wird leben/ ob er gleich stirbet.

Wer wird aber aufferstehn?

Alle Menschen/ so viel derer von anbegin der Welt gelebt haben/ vnd biß ans Ende derselbigen leben werden/ waserley Geschlechts/ Alters vnd Stands sie auch seyen/ sie seyen gut oder böß/ gerecht vnd vngerecht/ Matth cap. 25. v. 32.

Mit was für einem Vnterschied werden sie aufferstehn?

Die so guts gethan haben/ werden herfür gehen/ zur Aufferstehung deß ewigen Lebens: Die aber böses gethan haben/ zur Aufferstehung deß Gerichts/ vnd ewiger Schmach vnd Schande/ Joh. 5. v. 29. Dan. 12. v. 2.

Vom ewigen Leben.

Warumb sprichstu: Ich glaub ein ewiges Leben?

Weil ich dasselbige mit meinen Sinnen nicht fassen noch erreichen kan/ sondern ich halte aus vngezweiffeltem Glauben auffs allergewissest dafür/ daß ein ewiges Leben erfolgen werde.

Woher beweistu/ daß ein ewiges Leben sey?

Aus vngezweiffelten Zeugnüssen der H. Schrifft/ Matth. 25. v. 46. Die Gerechten werden gehen in das ewige Leben.

Dan.

Dan. 12.2. Evigilabunt alii ad vitam æternã.

Joh. 10. 28. Ego vitam æternam do eis.

Heb. 13. 14. Non habemus hîc manentem civitatem: sed futuram inquirimus.

Quinam & qualis erit status vitæ æternæ?

Erit in eâdem sempiterna beatitas, conjuncta cum inenarrabili gaudio, gloriâ & felicitate, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis descendit, *1. Cor. 2. 9. Esa. 64. 4.*

Quibus verò gloriosa hæc vitæ æternæ felicitas destincta est?

Solis fidelibus, in verâ fide ad finem usque perseverantibus, *Matth. 24. 13.* His enim regnum per electionem Dei ab æterno paratum est. *Matth. 25. 34.*

De Electione Ad Vitam Æternam.

Quid igitur est electio Dei?

Est actio Dei, qua juxta propositum voluntatis suæ, ex merâ suâ gratiâ & misericordiâ, in Christo salvos facere constituit, omnes perseveranter in Christum credituros in laudem gloriosæ gratiæ suæ. *Eph. 1. 4. & seqq. 2. Thes. 2. 13. 2. Tim. 1. 9. Rom. 8. 30. & 9 &c.* Quale

Dan. 12 v. 2. Sie werden auffwachen/etliche zum ewigen Leben.

Joh. 10. v. 28. Ich gebe jhnen das ewige Leben.

Hebr. c. 13. v. 14 Wir haben hie keine bleibende Statt/sondern die Zukünfftige suchen wir.

Was für ein Stand vnd Gelegenheit wird es aber vmb das ewige Leben seyn?

Es wird da seyn jmmer-vnd ewigwerende Seligkeit/vermischt mit vnaussprechlicher Frewd/Ehr vnd Glückseligkeit/welche kein Aug gesehen/kein Ohr gehöret hat/ vnd ist in keines Menschen Hertz kommen/ 1. Cor 2 v 9. Esa. cap 64. v. 4

Welches seynd aber dieselbige Menschen/welchen diese herrliche Seligkeit deß ewigen Lebens soll ertheilet werden?

Allein die Glaubige/so in wahrem rechtschaffenem Glauben biß ans Ende beharrlich stehen bleiben/ Matth. c. 24. v. 13. dann denselbigen ist das Reich durch die Erwehlung Gottes bereitet von anbegin/ Matth. 25. v. 34.

Von der Gnadenwahl zum Ewigen Leben.

Was ist dann die Gnadenwahl Gottes?

Die Gnadenwahl ist ein Werck Gottes/ in welchem er nach dem Vorsatz seines Willens/ aus lauter Gnad vnd Barmhertzigkeit/ alle die/ so beharrlich an Christum glauben würden/ beschlossen hat/ ewig selig zu machen/zu Lob seiner herrlichen Gnaden/Epheß 1. v. 4. 5. 2. Thess 2. v. 13. 2. Tim. 1. 9. Rom. 8. v. 30. cap. 9. v. 11. 12. 13.

Was

Quale est illud propositum Dei, secundùm quod credentes in Christum salvare decrevit?

Non est absolutum, sed ordine certo sic determinatum, ut omnes salutis nostræ causas & media suo sub complexu contineat.

Quænam sunt iste salutis causæ & media?

Est 1. infinita Dei misericordia, 2. infinitum Christi meritum, per Evangelium annunciandum, 3. fides salvifica in Christum perseverans.

Annon verò hæc salutis media omnes omninò homines respiciunt?

Maximè, Vult enim 1. Deus seriò omnium misereri, *Rom. 11, 32.* Vult omnes salvos fieri, *1. Tim 2. 4.* nec ullos perire, *2. Pet. 3. 9.*

2. Christus est propitiatio pro peccatis nostris: Non autem pro nostris tantùm, sed pro Totius Mundi, *1. Ioh. 2. 2.* & salvator omnium, maximè verò fidelium. *1. Tim 4. 10.*

3. Omnes etiam ad beneficia Christi serio communicandi studio invitantur, *Matt. 11. 28.* Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos. Et Evangelium prædicatum omni creaturæ, *Marc. 16. 16.* hoc fine, ut omnes ubique resipiscant,

Act.

Was hat es für eine Beschaffenheit umb denselbigen Vorsatz Gottes/ nach welchem er beschlossen hat/ alle die selig zu machen/ so an Christum glauben?

Es ist nicht ein blosser Vorsatz/ sondern er bestehet in gewisser Ordnung/ also/ daß er alle Mittel vnd Vrsachen vnser ewigen Seligkeit in sich fasset vnd begreifft.

Welches seynd dann dieselbige Mittel vnd Vrsachen vnserer ewigen Seligkeit?

1. Ist es die vnendliche Barmhertzigkeit Gottes. Zum 2 der vnendliche Verdienst Christi/ so durchs Evangelium sollen verkündiget werden Fürs 3. Der seligmachende beharrliche Glaub an Christum.

Gehören aber diese gegenwertige Mittel der Seligkeit an alle vnd jede Menschen?

In allen Dingen Dann 1. wil sich Gott mit rechtem Ernst aller Menschen erbarmen/ Rom. 11. v. 32. Er will/ daß allen Menschen geholffen werde/ 1. Tim. 2. v. 4. Er will nicht/ daß jemand verlohren werde/ 2. Pet. 3. v. 9 Zum 2. ist Christus die Versöhnung/ nicht allein für vnsere/ sondern für der gantzen Welt Sünde/ 1. Joh. 2. v 2 Er ist ein Heyland aller Menschen/ sonderlich aber der Glaubigen/ 1. Tim 4. v 10. Zum 3. werden alle Menschen zu den Wol- vnd Guthaten Christi beruffen vnd geladen/ mit grundhertzlichem Ernst jhnen dieselbige mitzutheilen/ Matth. 11. v 28. Kombt her zu mir alle/ die jhr mühselig vnd beladen seyd/ ich will euch erquicken so ist auch das Evangelium allen Creaturen geprediget worden/ Marc. 16 v. 16. zu dem Ende/ daß alle Menschen/ an allen

orten

Act. 17. 30. & ad agnitionem veritatis perveniant, *1. Tim. 2. 4.*

* *Qui fit ergo, quod non omnes, & singuli homines, quibus hæc salutis media destinata sunt, aque ad vitam æternam eligantur?*

Fit hoc ideò, quia hos ipsos DEUS non simpliciter & absolutè eligere decrevit, sed determinatè hoc ordine; ut per Evangelium in Christum credant, & verâ in ipsum fide salventur. At, quia plurimi non credunt, fit ex consequenti, ut tantùm perseveranter in Christum credentes, & sic pauci sint electi. *Matth. 22. 14. Marc. 16. 16.*

* *Verùm qui hoc fit, quòd non omnes ex Evangelio fidem concipiunt, & in Christum credunt?*

Proprio hoc fit ipsorummet vitio; quia sponte sua verbum prædicatum contemnunt ac respuunt, & sic operationi Spiritus Sancti variè resistunt. Vid. *Luc. 8. 12. & 14. 16. Act. 13. 46.*

* *Sed qui & hoc fit, quòd plerique reprobantur & damnantur?*

Fit & hoc propria ipsorum culpa, impœnitentia & incredulitate. Qui enim non credit,

orten/ Buß thun/ Act. 17. v. 30. daß sie zum Erkäntnüß der Warheit kommen mögen/ 1. Tim 2. v. 4.

Wie geht es aber zu/ daß nicht alle vnd jede Menschen/ denen diese Mittel der Seligkeit verordnet seynd/ zugleich miteinander zum ewigen Leben erwehlet werden?

Das geschicht darumb/ weil GOtt der HErr die Menschen nicht schlecht vñ bloß zu erwehlen beschlossen hat/ sondern auff gewisse Maß in dieser Ordnung: daß sie durch das Evangelium an Christum glauben/ vnd durch wahren Glauben an jhn ewig selig werden solle. Weil aber die meiste Menschenkinder nicht glauben/ dannenhero kompt es/ daß allein die/ welche beharrlich an Christum glauben/ vnd dergestalt die wenigsten erwehlet werden/ Matth. c. 22. v. 14. Marc. cap. 16. v. 16.

Woher geschicht es aber/ daß nicht alle/ denen das Evangelium verkündiget wird/ aus demselbigen den Glauben fassen/ vnd auff Christum jhr Vertrawen setzen?

Daran seynd die Menschen selber schuldig: weil sie freywillig von sich selbst die Predigt Göttliches Worts verachten/ vnd von sich stossen vnd dergestalt viel vnd manigfaltig die Wirckung deß H. Geistes hindern/ vnd derselben widerstehen/ Luc. 8. v. 14. vnd 14. v. 16. Act. 13 v. 46.

Was ist aber die Vrsach/ daß der meiste Theil der Menschen verworffen vnd verdampt werden?

Die Schuld vnd eigentliche Vrsach beruhet ebenmäßig auff jhnen selbsten/ auff jhrer Vnbußfertigkeit vnd Vnglauben. Dann wer nicht glaubt/ der wird

dit, damnatur, *Marc. 16. 16.* & ira Dei mânet ſuper ipſum, *Johan. 3. 36.*

DE INFERNO & PURGATORIO.

Qua erit incredulorum & damnatorum pœna?

Vivi mittentur in ſtagnum ignis ardentis ſulphure, *Apoc. 19. 20.* ubi horribilia tormẽta anima & corpore patientur, *Luc. 16. 24.* & pœnam luent interitũ æternũ, *2. Theſ. 1. 9.*

* *Quid ergo de Purgatorio infernali ſtatuis, quod animas defunctorum ab omni peccatorum labe, ut puræ in cœlum ingredi poſſunt, plene expurgari Pontificii fingunt?*

Statuo eſſe purum putum figmentum, Scripturæ S. planè incognitum. Ea ſiquidẽ duorum tantùm meminit locorum, in quæ de mortuorum animæ transferuntur, cœli ſcilicet & inferni. Animæ impiorum viventes in infernum deſcendunt, *Pſal. 55. 16.* ubi nulla ipſis ſpes eſt ultra, *Prov. 11. 7.* Juſtorũ verò animæ in manu Dei ſunt, ubi tormentum illas non tanget, *Sap. 3. 1.*

Breviter nunc mihi recenſe, quid tibi proſit Symbolum Apoſtolicum?

Ad hoc mihi prodeſt, ut per hanc fidem coram

verdampt/ Marc 16 v. 16 vnd bleibt dergeſtalt der Zorn Gottes über jhnen/ Joh. c. 3. v. 36.

Von der Höll vnd Fegfewr.

Was ſeynd für Straffen über die Vngläubige vnd Verdampte beſchloſſen?

Sie werden geworffen in den fewrigen Pfůl/ der mit Schwefel brennet/ in der Offenb Joh. c. 19. v. 20. Allda ſie grewliche Marter vnd Qual/ an Leib vnd Seel leiden můſſen/ Luc. 16. v. 24. vnd werden Peinleiden/ das ewige Verderben/ 2. Theſſ. 1. v. 9.

Was hältſt du aber von dem hölliſchen Fegfewer/ von welchem die Papiſten dichten/ daß darinn die Seelen der Abgeſtorbenen von allen Sünden vollkommen gereiniget werden/ auff daß ſie rein vnd vnbefleckt ins Himmelreich eingehen mögen?

Es iſt ein pur lauter Gedicht/ darvon die H. Schrifft gar nichts weiſt. San dieſelbige gedencken nur zweyerley örter/ dahin der Verſtorbnen Seelen verſetzt werden/ nemblich deß Himmels vnd der Höllen/ die Seelen der Gottloſen můſſen lebendig in die Höll fahren. Pſal. 55. v. 16. allda ſie keine Hoffnung übrig zu gewarten haben/ in Sprůchwörtern Salom. c. 11 v 7. Die Seelen aber der Gerechten ſeynd in der Hand deß HErrn/ vnd keine Qual rühret ſie an/ im Buch der Weißheit/ c. 3. v. 1.

So zeige mir nun kurtz an/ warzu die dieſer Glaubung ſey?

Darzu iſt er mir nutzlich/ daß ich durch dieſen Glauben

coram Deo, per, & propter Jesum Christum justus ac sanctus reputer, Spiritus item Sanctus mihi donetur, per quem Deum veluti patrem invocem, vitamque meam juxta præceptum ejus informem.

De III. Doctrinæ Catechetice capite

ORATIONE DOMINICA.

Quodnam est tertium doctrinæ Catechetica caput?

Oratio Dominica.

Quid est oratio Dominica?

Est brevis invocandi Deum forma, ab ipso Christo nobis tradita: omnia vitæ hujus præsentis & futuræ necessaria summatim continens.

Cur dicitur Latinis ORATIO?

Sic dicitur ab ORE; quia supplex est affectuum cordis & mentis ad Deum ut plurimùm ORE facta prolatio.

Cur dicitur DOMINICA?

Quia hæc precandi formula ab ipso DOMINO nostro JEsu Christo primùm nobis præ-

hen werde vor GOtt / von wegen Jesu Christi / für fromm vnd heilig gehalten / vnd mir geschenckt wird der H. Geist / zu betten / vnd GOtt / alß einen Vatter / anzuruffen / vnd mein Leben nach seinen Gebotten anzurichten.

Von dem Dritten Hauptstuck Christlicher Lehr

Von deß Herrn Gebett.

Welches ist das dritte Hauptstuck der Christlichen Lehr im Catechismo?

Das heilige Vater vnser; oder das Gebett deß HErrn.

Was ist das Gebett deß HErrn?

Es ist ein kurtzer Begriff / wie man Gott soll anruffen / welchen Gott selbst vorgeschrieben. Vnd begreifft in einer Sum̃ in sich alles / was zur Notdurfft menschlichen Lebens gehörig ist / es sey Zeitlich oder Ewiges.

Warumb wird es zu Latein Oratio geheissen?

Es wird also geheissen vom Wörtlein Ore, oder Mund / weil es eine Demütige Fürbringung ist der Begierden deß Hertzens vnd Gemüths / die da meistens mit dem Mund geschicht.

Warumb wird es dann das Gebett deß HErrn genannt?

Weil diese Form zu betten von vnserm HErrn Je-

præscripta & demandata est, *Matth. 6. v. 4. Luc. 11. v. 2.*

Quot membra hoc de oratione Dominica caput generatim continet?

Duo: 1. in genere de oratione, sive invocatione docet. 2. Formulam Orationis Dominicæ per partes suas speciatim explicat.

Quid est invocatio?

Est cultus, qui vivum & verum Deum, verâ fide per Jesum Christũ mediatorem, cùm pro impetrandis bonis necessariis invocamus, tùm pro acceptis cum glorificatione gratias agimus.

Quis igitur est invocandus?

Unus & solus, vivus & verus Deus, qui est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: unus in essentiâ, trinus in personis.

Quare hoc?

Quia 1. solus verus ille Deus expressè in scripturis jubetur religiosè adorari seu invocari, *Deut. 6. 14. Matth. 4. 10. & c. 6. v. 6.*

Quia 2. solus ille est omnium bonorum autor, *Jac. 1. 5.* & solus omnium gemitus exaudire, & ubique ex omnibus periculis nos liberare vult, & potest, *Psal. 91. 15.*

Quia

ſu Chriſto ſelbſt vnß anfänglich iſt vorgeſchrieben/ vnd anbefohlen worden/ Matth. 6. v. 4. Luc. 11. v 2.

Wie viel Stuck faſſet dieſes Gebett deß HErrn?

Zwey Stuck: Das 1. handlet ins gemein vom Gebett oder Anruffung: Das 2 erkläret dann das Gebet deß Herrn inſonderheit in allen ſeinen Stucken.

Was iſt dann das Gebet oder Anruffung?

Es iſt ein Gottesdienſt/ in dem wir den lebendigen wahren GOtt/ in rechtem Glauben/ vmb Jeſu Chriſti vnſers Mittlers willen/ anruffen/ nicht allein allerley guts/ das wir bedürffen/ zu erlangen; ſondern auch für die empfangene Gutthaten jhm von Hertzen Lob/ Ehr/ vnd Danck ſagen.

Wen ſoll man dann anbeten vnd anruffen?

Allein den einigen/ lebendigen vnd warhafftigen GOtt/ der da iſt vnd heiſt Gott Vater/ Sohn vnd H. Geiſt/ der einig iſt im Weſen/ vnd beſteht in dreyen Perſonen.

Warumb ſoll man aber allein den wahren GOtt anruffen?

Alldieweil 1. allein derſelbige warhafftige GOtt vnß in H. Schrifft außtrucklich anbefohlen wird/ daß wir jhn mit demütigem Hertzen anruffen vnd anbetten ſollen/ im 5. Buch Moſis c. 6. v. 14. Matth. c. 4. v. 10. c. 6. v. 6.

2. Weil von jhm allein alle gute Gaben herkom̃en/ Jac. c. 1. v. 5. kan vnd wil auch aller Hertzen Seufftzẽ erhören/ ja allenthalben aus aller Angſt/ Noth vnd Gefahr vnß gnädiglich erretten/ Pſal. 91. v. 15.

Quia 3. solum hunc verum Deum omnes sancti semper invocarunt, *Gen. 18. 28. Exod. 32. 11. Judic. 13. v. 8. 2. Samuel. 22. v. 1. &c. Judith. 13. v. 7.*

Sunt necetiam Angeli Sancti demortui invocandi?

Minimè. Quia 1. de invocatione Angelorum & Sanctorum in scripturis 1. nullum habemus expressum mandatum. 2. nullam promissionem. 3. nullum verè piorum exemplum.

2. Quia Angeli & Sancti, nec gemitus cordium exaudire, nec ubique in periculis adesse, nec misericorditer invocantes liberare possunt.

Quod si Sancti non sunt invocandi, quis reliquiis ipsorum honor exhibendus?

Ossa & reliquiæ ipsorum, ad exempla veterum Sanctorum, sunt honestè sepelienda, & in cubicula sua in terram recondenda.

Num & imagines & statuæ Sanctorum venerandæ?

Minimè gentium. Ethnica enim est idololatria adorare lignũ, & lapides, & id, quod nec videre, nec audire, nec ambulare, nec opitulari potest: quæ tanquam abominatio in

3. Weil alle heilige Menschen zu aller Zeit einig vnd allein diesen warhafftigen Gott angeruffen habẽ/ im 1. Buch Mosis c. 18. v. 28. im 2. Buch c. 32 v. 11. im Buch der Richter c. 13. v. 8. 2. Samuel. c. 22. v. 1. im Büchl. Judith. c. 13. v. 7.

Soll man dann nicht die Engel vnd verstorbne Heiligen anruffen?

Keines Wegs nicht. 1. Weil in H. Schrifft/ von Anruffung der Engeln vnd verstorbnen Heiligen 1. wir keinen austrucklichen Befelch/ 2. keine Verheissung; dann auch zum 3. kein Exempel eines einigen rechtglaubigen Menschen haben.

2. Weil die Engel vnd verstorbne Heiligen vnserer Hertzen Seufftzen weder erhören/ noch auch allenthalben in Noth vnd Gefahr vnß beystehen/ viel weniger die/ so sie anruffen/ gnädiglich retten vnd erlösen können.

Was für Ehr soll man dann jhren hinterlassenen Gebeinen erweisen?

Jhre hinterlassene Gebein soll man/ nach dem Exempel aller heiligen Leut/ ehrlich zur Erden bestatten/ vnd in die Erde/ alß jhr Ruhkämmerlein/ legen.

Soll man aber der verstorbenen Heiligen Bilder/ so auffgestellet werden/ verehren vnd anbetten?

Im geringsten nicht: Dann es ist eine Heydnische Abgötterey/ wann man anbettet Holtz vnd Stein/ vnd das/ so weder sehen/ hören noch gehen/ darzu auch nichts helffen kan/ welches allenthalben in der Schrifft

in Scriptura ubique damnatur, *Psal. 115. v. 4. & seqq. & 135. v. 15. 16. Sapiē. 13. v. 17. Bar. 6. v. 3. &c.*

Quænam à Deo in oratione petenda?

Omnia, quæ Dei gloriam & nostram salutem concernunt, sive dona spiritualia, sive corporalia.

Quæ vocas dona spiritualia?

Quæ ad animæ salutem, & vitæ æternæ consecutionē sunt necessaria, Qualia sunt, remissio peccatorum, gratia Dei, fides, justitia, renovatio gubernatio Spiritᵘ Sancti, cōstantia in fide, perseverantia in adversis, &c.

Quæ vocas dona corporalia?

Quæ ad corporis incolumitatem, & vitæ huius conservationē sunt necessaria: Qualia sunt, bona valetudo, divitiæ, eruditio, sapientia, pulchritudo, victus, amictus, & infinita alia.

Sunne utraque eodem modo sunt expetenda?

Non sunt: Spiritualia enim, quia simpliciter & absolutè ad justitiam & salutem sunt necessaria, à Deo petenda sunt sine omni exceptione & conditione. Corporalia verò, quia

alß ein Grewel verdampt wird/ Psal. 115. v. 4. 5 6. Psal. 135. v. 15. 16. Sapiē. 13. v. 17. Baruch. 6. v. 3. 4. 5.

Was soll man aber von GOtt durchs Gebett fordern vnd begehren?

Alles das jenige/ was zu Gottes Ehr/ vnd zu vnserer Wolfart gereichen mag/ es seyen Geistliche oder Leibliche Güter vnd Gaben.

Was nennestu Geistliche Gaben?

Welche zu der Seelen Heyl/ vnd Erlangung der ewigen Seligkeit nutzlich vnd nothwendig seynd: gestalt dann ist/ Vergebung der Sünden/ Gnade Gottes/ Glaub/ Gerechtigkeit/ Vernewerung/ Regierung deß H. Geists/ Beständigkeit im Glauben/ Beharrligkeit in Trübsal/ ꝛc.

Was nennestu Leibliche Gaben?

Was vnß zur Leibes Wolfahrt/ vnd zur Auffenthaltung dieses zeitlichen Lebens von nöthen thut/ alß da ist: Gesundheit/ Reichthumb/ Geschicklichkeit/ Weißheit/ Schönheit/ Nahrung vnd Kleider/ vnd was dergleichen Ding vnzehlich mehr seynd.

Soll man aber diese Güter vnd Gaben auff einerley Weise von Gott bitten?

Nein: Dann berührend die Geistliche Gaben/ (weil wir deroselben schlecht vnd bloß dahin benöthiget seynd/ die Gerechtigkeit vnd ewige Seligkeit zu erlangen/) muß man dieselbige ohn allen Vorbehalt vnd Anhang von Gott bitten: die leibliche vnd zeitliche Güter aber soll man mit gewisser Bedingung von

quia non simpliciter ad salutem sunt necessaria, certâ quapiã conditione petenda sunt.

Quanam est ista?

Ut DEus ea nobis largiatur, secundùm voluntatem suam, si 1. ad divinam gloriam illustrandam, & 2. ad salutem nostram promovendam profutura sint:

Pro quibus est orandum?

Cùm pro nobis ipsis, tùm pro aliis promiscuè omnibus; sive amicis, sive inimicis; sive piis, sive impiis; sive sanis, sive ægrotis; inprimis autem pro domesticis fidei, *1. Tim. 2. 1. Ephes. 6. 18.*

Annè & pro defunctis demortuis est orandum?

Neutiquam. Quia 1. Nullum ejus rei habemus in scripturis præceptum. 2. Nullam promissionem. 3. Nullum exemplum.

Quomodo est orandum?

1. In nomine Christi, *Joh. 17. v. 23.*
2. In vera fide, *Matth. 21. v. 22.*
3. Absque hæsitatione, *Jac. 1. 6. Joh. 5. 10.*
4. In spiritu & veritate, *Joh. 4. v. 23.*

Quando & quo tempore orandum?

Omni rempore, *Eph. 6. 18.* quoties necessitas in die tribulationis exegerit, *Es. 26. v. 16.*

Ubi

Gott bitten/ dieweil sie nicht bloß vnd schlecht dahin zur Seligkeit nothwendig sind.

Was ist aber dasselbige für eine Bedingung vnd Vorbehalt?

Daß vnß Gott dieselbige geben wolle/ nach seinem gnädigen Willen/ wann sie vnß 1. zur Ausbreitung der Ehre Gottes/ vnd dann fürs 2. vnser vnd vnsers Nechsten Heyl vnd Wolfahrt zu befördern/ dienlich vnd beförderlich seyn würden.

Für wen soll man betten?

Nicht allein für vnß selbst/ sondern auch ins gemein für alle andere Menschen ohn vnterscheid/ sie seyen Freund oder Feind/ sie seyen Fromb oder Gottloß/ sie seyen Gesund oder Kranck/ insonderheit aber für die Glaubensgenossen/ 1. Tim. 2. v. 1. Eph. 6. v. 18.

Soll man nicht auch für die Verstorbenen bitten?

Keines Wegs nicht. Dann 1. haben wir dessen keinen Befelch in H. Schrifft. 2. Keine Verheissung. 3. Keine Exempel.

Wie soll man denn betten?

1. In dem Namen Jesu Christi/ Joh. c 17. v. 23.
2. In rechtem wahren Glauben/ Matth. 21. v. 22.
3. Ohn allen Zweiffel/ Jac 1. v. 6. Joh. 5. v. 10.
4. Im Geist vnd in der Warheit/ Joh. 4. v. 23.

Wann vnd zu welcher Zeit soll man betten?

Wir sollen stets betten/ Eph. 6. v. 18 so offt es die Noth/ wann sich Trübsal bey vnß finden lässet/ erfordert/ Esa. 26. v. 16. 17.

Ubi & quo in loco orandum?

In omni loco, *1. Tim. 2. 8.* etiam in cubiculo, clauso ostio, in abscondito, *Matth. 6. 6.*

Quo Sermone orandum?

Non exotico, sed materno seu populari, qui à vulgo & toto cœtu possit intelligi, in totius Ecclesiæ ædificationem, id quod Apostolus exsertis verbis præcipit, *1. Cor. 14. v. 5. & seqq.*

Quo Gestu orandum?

Certus in orando gestus in scriptura non præscribitur, sed indifferens, pro cujusvis devotione, juxta Sanctorum exempla, relinquitur.

Suntne inter orandum ad nomen JESU genua flectenda?

Sunt. Quia 1. gestus iste in scriptura passim; ceu pietati & invocationi consentaneus, commendatur, *Dan. 6. 10. Luc. 22. 41. Act. 20. 36. & 21. 5.*

Quia 2. Paulus expressè dicit, Omnia genua in nomine JEsu flectenda esse, *Phil. 2. 10*

** Rectene fit, si quando ad nomen JEsu detracto pileo caput aperitur?*

Quidni rectè? Est enim externa ceremonia,

Wo und an welchem Ort soll man betten?

Man soll an allen Orten betten/ 1 Tim. 2. v 8. auch in seinen Kämmerlein/ mit Verschliessung der Thür im Verborgen/ Matth. am 6 v. 6.

In was für einer Sprach soll man betten?

Nicht in frembder und unbekandter/ sondern in der bekandten Muttersprach sollen man betten/ welche von dem gemeinen Mann und der gantzen Versamblung kan verstanden werden/ damit die gantze Christglaubige Kirch möge erbawet werden/ welchen der Apostel S. Paulus mit austrucklichen Worten befichlet/ 1. Cor 14 5.

Was für Gebärden soll man im Betten gebrauchen?

In H. Schrifft werden uns keine gewisse Gebärden vorgeschrieben/ deren man sich unter dem Gebett gebrauchen solle/ sondern es sey ein frey Mittelding/ so eines jeden Andacht/ wie die Exempel der Heiligen hierinnen uns fürleuchten/ frey und bevor gelassen wird.

Soll man aber/ wann unter dem Gebett der Name Jesus genennt wird/ die Knie beugen?

Man soll es thun: Dann fürs 1. und hin und wieder in H. Schrifft die Ceremonien gerühmet/ daß sie der Gottseligkeit und rechten Anruffung gemäß sey/ Dan. 6. v. 10 Luc. 22. v 41. Act. 20. v. 36 und 21. v. 5.

2. Sagt Paulus austrucklich/ Im Namen Jesu sollen sich beugen alle Knie/ Phil. 2. v. 10.

Thut man auch recht daran/ wann der Name Jesus genennt wird/ daß man den Hut abthut/ oder das Haupt entblösset?

Warumb nicht? Dann es ist eine äusserliche Ceremony/

nia, quâ in interiorem devotionem & reverentiam cordis erga ipsam Salvatorem nostrum Christum, cui sacrosanctum hoc nomen competit: ipso opere declaramus.

** Num & inter precandum Christianis licitum est adhibere signum crucis?*

Antiquâ factum illud Ecclesiæ consuetudine, 1. in memoriam crucis & passionis Christi: 2. in testimonium fidei suæ in Christum crucifixum. Hoc igitur fine etiamnum observare Christianis liberum est. Absit autem superstitio, ne effecta solius mortis Christi propria, signationi huic externæ tribuantur.

DE ORATIONE DOMINICA
IN SPECIE, EJUSDEMQUE Partibus.

Recita nunc formulam precationis Dominicæ?

Pater noster qui es in cælis.
1. Sanctificetur nomen tuum,
2. Adveniat regnum tuum,
3. Fiat voluntas tua; sicut in cælo, & in terra.
4. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

5. Et

mony / dardurch wir im Werck selbsten vnser innerliche Andacht vñ Ehrerbietigkeit deß Hertzens erweisen vnd sehen lassen/ welche wir haben vnd tragen zu vnserm Erlöser vnd Seligmacher Jesu Christo/ alß welchem dieser hochheilige Name eignet vnd gebühret.

Mögen auch die Christen/ wann sie betten/ sich mit dem H. Creutz bezeichnen?

Es ist dasselbige ein uralte/ hergebrachte Gewonheit der Christlichen Kirchen gewesen/ daß man fürs 1. sich darbey erinnere deß Creutzes vnd Leidens Christi. Zum 2. hat man damit bezeuget den Glauben an den gecreutzigten Christum/ derowegen stehet es noch heutigs Tags einem jeden Christen frey/ daß er es so fern nachthun mag. Man soll sich aber für Aberglauben hüten/ daß ja nicht die Krafft/ so wir aus dem Leiden/ Tod vnd Sterben Christi erlanget haben/ dieser äusserlichen Bezeichnung beygelegt werde.

Vom Gebet deß Herrn insonderheit/ vnd dessen Stucken.

Erzehle mir nun die Formul deß Gebetts deß HErrn.

Vater vnser/ der du bist im Himmel.
1. Geheiliget werde dein Nam.
2. Zukomm vnß dein Reich.
3. Dein Will geschehe auff Erden/ wie im Himmel.
4. Vnser täglich Brod gib vnß heut.

M 5. Vnd

5. Et remitte nobis debita nostra sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

6. Et ne nos inducas in tentationem.

7. Sed libera nos à malo.

Quia tuum est regnum, & potentia & gloria in secula seculorum, Amen.

Oratio Dominica quot habet membra?

Tria: 1. Præfatiunculam. 2. Petitiones ipsas numero septem. 3. Clausulam.

Quæ sunt verba præfatiuncula?

Pater noster, qui es in cœlis.

Quæ est horum verborum sententia?

Deus amanter nos hâc præfatiunculâ invitat, ut certè credamus, eum nostrum verum patrem, nosque ejus veros filios esse, ut eum confidentiùs plenâ fiduciâ invocemus, quemadmodum videmus liberos certâ fiduciâ aliquid à parentibus suis petere.

Quem intelligis voce PATRIS?

Per Patrem hic intelligitur non solùm prima persona Trinitatis, quæ ab æterno genuit filium consubstantialem, sed tota Trinitas, Pater, Filius & Spiritus sanctus, solus, verus, unus & trinus Deus.

Cur

5. Vnd vergib vnß vnser Schuld/ alß wir vergeben vnsern Schuldigern.

6. Vnd führe vnß nicht in Versuchung.

7. Sondern erlöse vns von dem Bösen.

Dann dein ist das Reich/ vnd die Krafft/ vnd die Herrligkeit in Ewigkeit/ Amen.

In wie viel Stuck wird das Gebett deß HErrn abgetheilet?

In drey: Das 1. ist die Vorrede/ das 2. fasset in sich die sieben Bitten selbst/ das 3. ist der Beschluß.

Wie laut die Vorrede?

Vater vnser der du bist im Himmel.

Was ist das?

Gott will vnß damit locken/ daß wir glauben sollen/ er sey vnser rechter Vater/ vnd wir seine rechte Kinder/ auff daß wir getrost vnd mit aller Zuversicht jhn bitten sollen/ wie die liebe Kinder jhre liebe Väter.

Wen verstehestu vnter dem Namen Vater?

Es wird in dem Namen Vater/ nicht allein verstanden die erste Person der Heilige Dreyfaltigkeit/ (welche von Ewigkeit her/ den Sohn/ so mit jhm gleiches Wesens ist/ gezeuget hat/) sondern die gantze Dreyfaltigkeit/ Gott der Vater/ Sohn vnd H. Geist/ der einige wahre Gott/ in dreyen Personen.

Cur nomen PATRIS *præmittis in orationis formula?*

Ad excitandam in nobis filialem in Patrem cœlestem fiduciã, quâ invitati, majori cum confidentiâ invocare, deque paterna ejus exauditione ne quicquam dubitare debemus.

Cur NOSTER *Pater dicitur?*

1. Quia omnes credentes, in Christo sunt fratres, unum Patrem cœlestem habentes.

2. Ideoque pro se invicem singuli mutuò eundem Patrem cœlestem etiam invocare debent.

* *Cur in Idiomate Germanico dicitur; Pater noster, Vater vnser? & non: Noster Pater, Vnser Vater?*

Utrovis modo dicatur, perinde est; Quia tamen more veteri, & ad imitationem Græci & Latini, adde etiam Hebræi sermonis; consuetum fuit dicere: PATER NOSTER, rectè etiam morem illum sequimur: ut statim in prima fronte, nomen patris excitet in nobis filialem fiduciam.

Cur additur: Qui es in cœlis?

1. Ut non intelligatur Dominus terrenus, sed cœlestis & omnipotens Dominus, qui potens sit omnia facere superabundanter, quàm petimus, aut intelligimus, *Ephes. 3. 20.*

Warumb setzestu das Wort Vater im Gebet fornen an die Spitzen?

Auff daß in vnß gegen vnserm Himmlischen Vater eine Kindliche Zuversicht erwecket werde/ Krafft deren wir jhn in festem Glauben vnd starckem Vertrawen anruffen/ vnd an seiner Väterlichen Erhörung allerdingen nicht zweiffeln.

Warumb sagen wir Vater vnser?

Dieweil wir 1. alle/ so an Christum glauben/ Brüder seynd/ vñ dero gestalt einen einigen Vater im Himmel haben. Derentwegen dañ fürs 2. wir insampt einer für den andern/ Gott vnsern Himmlischen Vater bitten sollen.

Warumb bitten wir in Teutscher Sprach/ Vater vnser/ vnd nicht vnser Vater?

Es gilt gleichviel/ welcher Gestalt du es bettest/ jedoch weil man altem Gebrauch nach/ so wol dañ auch nach Art Lateinischer vnd Griechischer/ ja auch Ebräischer Sprach zu betten pflege: Vater vnser/ so behalten wir billich dieselbige Weise/ damit gleich im Anfang das Wörtlein Vater/ eine Kindliche Zuversicht in vns erwecke.

Warumb wird hinzu gesetzt/ der du bist im Himmel?

Damit 1. nicht verstanden werd ein jrrdischer Herr/ sondern der Himmlische/ Allmächtige HErr/ der da überschwenglich thun kan/ über alles/ das wir bitten oder verstehen/ Epheſ. c. 3. v. 20.

2. Ut majori fervore spiritus adoretur.

3. Ut mens orantis sursum ad cœlestia elevetur.

Quot sunt petitiones Orationis Dominicæ?

Numerantur ordinè septem.

DE I. PETITIONE.

Recita primam petitionem?

Sanctificetur nomen tuum.

Quæ est hujus petitionis sententia?

Nomen Dei per se quidem sanctum est; verùm nos oramus hâc petitione, ut apud nos quoque sanctificetur.

Quâ ratione fit istud?

Cùm Verbum Dei purè & sincerè inter nos docetur, & nos secundùm illud, ut filios Dei decet, piè vivimus; quod ut fiat, dona nobis ô Pater cœlestis. Qui verò aliter docet & vivit, quàm Verbum Dei docet, ille nomen Dei inter nos prophanat; Ne autem hoc accidat, tu prohibe, ô Pater cœlestis.

Quid intelligitur per NOMEN *Dei?*

1. Notitia Dei, quo ad essentiam & voluntatem. 2. gloria, honor & majestas. 3. omnia ejus facta, virtutes, opera & beneficia in scripturis nobis decantata.

2. Daß wir mit desto stärckerem vnd brünstigerm Geist Gott anruffen.

3. Daß wir im Geber vnsere Hertzen vnd Gedancken empor gen Himmel erheben.

Wie viel seynd Bitten im Vater vnser?

Deren seynd Sieben.

Von der 1. Bitt.

Die erste Bitt:

Geheiliget werd dein Name.

Alter wolhergebrachter Gewonheit nach / wird dieselbige Weiß billich bey der Christlichen Kirchen behalten.

1. Daß sie für die getauffte Kinder jhr andächtiges / glaubiges Gebett zu GOtt verrichten.

2. Daß sie Zeugen seyen der empfangenen Tauff.

3. Daß sie jhnen einen Christlichen Namen geben.

4. Daß sie so wol / alß die Eltern / zum fleißigsten sie im Glauben vnd Gottesfurcht vnterweisen / vnd zu einem heiligen Gottseligen Leben vñ Wandel anführe.

An welchem Ort soll die Tauff verrichtet werden?

Ordenlicher Weiß soll dasselbige anderswo nicht / alß nur in der offentlichen Versamblung der Kirchen geschehen / da aber die Noth verhanden / wird es frey gelassen / vnd ist nirgend verbotten / auch an andern Orten die H. Tauff zu verrichten.

* *Quo tempore, die & horâ Baptismus est administrandus?*

Liberum est Christianis, quocunq; tempore, die, & horâ, Baptismum peragere: attendendum tamen, ut sicut in adiaphoris aliis, ita & hic omnia ordine & decenter peragantur.

De V. Doctrina Catechetica
capite

DE COENA DOMINI.

Quodnam est quintum doctrina Catechetica caput?

Alterum novi Testamenti Sacramentũ, vulgò Cœna Dominica, sive Sacramentum altaris dictum.

Quare cœnam Dominicam vocat Sacramentum altaris?

Ideò, quia antiquitus in Ecclesia Christiana super altari celebrari consuevit.

* *Quid intelligitur nomine* Altaris?

Intelligitur nomine altaris mensa, in qua conferebantur munera Christianorum, ex quibus segregabantur ea, quæ ad sacræ cœnæ celebrationem requirebantur; reliqua cedebant sustentationi ministrorum & refectioni pauperum.

* *Quod*

Zu welcher Zeit/ Tag vnd Stund soll die H. Tauff verrichtet werden?

Es stehet den Christen frey/ zu welcher Zeit/ Tag vnd Stund sie die heilige Tauff verrichten wollen: Doch soll man darauff fleißige Auffsicht haben/ daß gleich wie in andern Mitteldingen/ also auch diß Orts alles fein ehrlich vnd ordenlich zugehe.

Vom Fünfften Hauptstuck Christlicher Lehr.

Vom Heiligen Abendmahl.

Welches ist das Fünffte Hauptstuck Christlicher Lehr?

Das Ander Sacrament Newes Testaments/ welches man in gemein das Abendmahl deß HErrn/ oder das Sacrament deß Altars zu nennen pflegt.

Warumb wird aber das Abendmahl deß HErrn genennt das Sacrament deß Altars?

Darumb/ weil es von Alters in der Christlichen Kirchen auff einem Altar pflegte gehalten zu werden.

Was verstehestu durch das Wort Altar?

Durch den Altar wird ein Tisch verstanden/ auff welchem die Gaben der Christen gesamblet wurden/ darvon man absonderte/ so viel zur Administration oder Verhandlung deß H. Abendmahls nothwendig war/ das übrige aber ward angewend vnd verordnet zur Vnterhaltung der Kirchendiener/ vnd zur Nothdurfft vnd Ergetzung der Armen.

* *Quod si mensa idem est, quod altare, cur non ad Christi ipsius exemplum, mensâ potius in actione cœnæ Dominicæ utimur, quam altari?*

Liberum quidem est utrumque; Quia tamen Christus nec 1. altaribus interdixit:

Nec 2. usum mensæ ligneæ præcepit:

Nec etiam 3. an & qua mensâ lignea ne an lapideâ Christus usus sit, scriptura uspiã meminit; nos quidem mensis istis lapideis, formam duntaxat altarium externã repræsentantib⁹, pro libertate Christiana utimur.

Cur verò Sacramentum hoc dicitur CŒNA?

Cœna dicitur, quia vesperi post cœnam agni paschalis fuit instituta, *Matth. 26. v. 20. 26. & seqq.*

Cur dicitur Cœna DOMINICA?

Dominica dicitur ab autore sive institutore, quia à Domino nostro JEsu Christo primum instituta fuit, *Matth. Ibid. 1. Cor. 11. v. 23.*

Quid est Sacramentum Altaris, sive Cœna Dominica?

Est verum corpus & verus sanguis DOmini nostri JEsu Christi, sub pane & vino nobis Christianis ad manducandum & bibendum ab ipso Christo institutum.

* Sed

Wann aber ein Tisch so viel ist/ alß ein Altar/ warumb brauchet man nicht vielmehr ein Tisch/ alß ein Altar/ wie Christus in Einsetzung deß Abendmahls gethan hat?

Es stehet beydes in Christlicher Freyheit/ jedoch/ weil Christus/ 1. die Altär nicht verborten hat.

2. Nicht befohlen/ eben einen Tisch von Holtz zu gebrauchen.

3. Weil auch die Schrifft nirgend gedencket/ was Christus für einen Tisch gebraucht hab/ ob er Höltzern oder Steinern sey gewesen. Alß gebrauchen wir nach Christlicher Freyheit die Tische/ welche äusserlich nach einem Altar geformiret seynd.

Warumb wird aber diß Sacrament ein Abendmahl genennt?

Darumb wird es ein Abendmahl genennt/ weil es am Abend/ nach Nutzung deß Osterlambs eingesetzt worden ist/ Matth: 26. v. 20. 26. 27.

Warumb wird es aber deß HErrn Abendmahl genennt?

Deß HErrn Abendmahl wird es geneñt/ von dem Stiffter/ weil es vnser HErr JEsus Christus erstmals eingesetzt hat.

Was ist das Sacrament deß Altars/ oder das Abendmahl deß HErrn?

Es ist der wahre Leib vnd Blut vnsers Herrn JEsu Christi/ vnter dem Brod vnd Wein vns Christen zu essen vnd zu trincken/ von Christo selbst eingesetzt.

* *Seu:*

Cœna Dominica est sacramentum, sive actio divinitus instituta, in qua DOminus noster JEsus ipse præsens est, nobisque cum pane & vino verum suum corpus & sanguinem exhibet, in certissimam obsignationē, quòd remissionem peccatorum habeamus, & cum ipso in æternum vivere debeamus.

Ubi verba Institutionis Cœnæ Dominicæ scripta sunt?

Sic scribunt Sancti Evangelistæ Matthæus, 26 v. 26. Marcus, 14. v. 22. Lucas, 22. v. 19. & Sanctus Paulus, 1. Corinth. 11. v. 23.

Dominus noster JEsus Christus, in ea nocte, quâ traditus est, accepit panem; & postquam gratias egisset, fregit ac dedit discipulis suis, dicens: Accipite, commedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur; Hoc facite in mei commemorationem.

Similiter postquam cœnavit, accepto calice, cùm gratias egisset, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic calix novum Testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facite; quotiescunque biberitis, in mei commemorationem.

Quinam

Oder:

Das Abendmahl deß HErrn ist ein Sacrament oder Göttliche Handlung/ darinn unser HErr JEsus Christus selbst gegenwertig ist/ und uns mit Brod und Wein seinen warhafftigen Leib/ und sein warhaftiges Blut darreicht und giebet/ zu gewisser Versicherung/ daß wir Vergebung der Sünden haben/ und mit ihm ewig leben sollen.

Wo stehen die Wort deß H. Abendmahls geschrieben?

Also schreiben die H. Evangelisten/ Matthæus/ Marcus/ Lucas/ und S. Paulus.

Unser HErr JEsus/ in der Nacht/ da er verrathen ward/ nahm er das Brodt/ dancket und brachs/ und gabs seinen Jüngern/ und sprach: Nemmet/ esset/ das ist mein Leib/ der für euch gegeben wird/ solches thut zu meinem Gedächtnüß.

Desselben gleichen nahm er auch den Kelch/ nach dem Abendmahl/ dancket/ und gab jhn den/ und sprach: Nemmet hin/ und trincket alle daraus/ dieser Kelch ist das Newe Testament in meinem Blut/ das für euch und für viel vergossen wird/ zur Vergebung der Sünden/ solches thut/ so offt jhrs trincket/ zu meinem Gedächtnüß.

Wer

Quinam est auctor seu CAUSA EFFICIENS *Cœnæ Dominicæ?*

Primus auctor sive institutor est Domin⁹ noster Jesus Christus Θεάνθρωπος, Deus homo verax, sapiens & omnipotens, *Matth: 26. 26.*

Quænam est MATERIA *Cœnæ Dominicæ?*

Materia sive res terrena, est panis & vinũ; materia verò, sive res cœlestis, est corpus & sanguis Christi.

Quem hic PANEM *intelligis?*

Panem intelligo verũ, qui ex farina commoliti frumenti, & aquâ pistus ac coctus est.

Cujus qualitatis, & figuræ panis ille erit?

Si modò ex farina & aquâ pistus sit, nihil interest, sive sit fermentatus, sive triticeus, sive siligineus, sive frumentarius alius; sive itidem rotundus, sive oblongus, sive quadratus, sive aliâ quacunque formâ. Non enim vel hujus generis panem Christus vetuit, vel illius præcepit. Ideoque omne hoc in libertate Christianâ positum est.

* *Quid de rotundis istis panibus minutis, quos prisco nomine* HOSTIAS *appellant, statuis: suntne verus panis?*

Quidni? Constant enim substantialibus panis partibus, materiâ scilicet & formâ, cùm sint ex farinâ tritici generosioris, & a-

Wer hat das Abendmahl deß HErrn eingesetzt?

Der erste Stiffter ist vnser HErr JEsus Christus/ Gott vnd Mensch/ der Warhafftige/ Weise vnd Allmächtige HErr/ Matth: 26.

Welches ist die Materi im H. Abendmahl?

Die jrrdische Materi ist Brod vnd Wein/ die Himlische aber ist der Leib vnd Blut Christi.

Was verstehestu hie für Brod?

Ich verstehe recht natürlich Brod/ welches aus Mehl/ gemahlener Frucht/ vnd aus Wasser gebacken/ vnd zubereitet ist.

Was für Brod soll man gebrauchen/ vnd wie soll es gestalt seyn?

Wann es nur aus Mehl vnd Wasser gebacken/ vnd zubereitet ist/ so ligt nichts dran/ ob es Weitzen/ Rocken/ oder Gersten Brod seye/ ob es gesäuret oder vngesäuret sey/ ob es lang oder viereckt/ oder rund/ oder einer andern Gestalt Brod seye: Dann Christus hat weder diese Art Brod verbotten/ noch jene geboten. Derentwegen es dann alles Christlicher Freyheit heimgelassen ist.

Was hältstu aber von den kleinen Brödlein/ oder runden Küchlein/ welche man von Alters her Hostien nennet/ seyn auch dieselbige recht warhafftig natürlich Brod?

Warumb nicht? Dann 1. haben sie alle wesentliche Stuck/ so zu natürlichem Brod gehören/ nemblich die Materi vnd die Form/ daraus/ vnd darinn das Brod bestehet. Weil sie aus dem besten Weitzenmehl/ vnd

quâ pisti. 2. Competunt illis accidentia propria panis, color scilicet, sapor, vis nutriendi, &c. Verus igitur panis revera erunt.

* *Rectene igitur Hostiæ istæ in usu Cœnæ adhibentur?*

Rectè utique ex antiqua Ecclesiæ consuetudine adhibentur: quia non tantum verus panis sunt, verùm etiam ad distributionem & sumptionem, vel maximè idoneæ sunt.

Quodnam vinum in SS. Cœnæ usu adhibendum?

Sicut verus & naturalis panis, ita verum etiam & naturale vinum est adhibendum, quod sit genimen, sive fructus vitis, & ex uvis expressum, *Matth. 26. v. 29. Luc. 22. v. 18.*

Quale vinum esse decet, album ne an rubrum?

Nil interest, sive album sit, sive rubrum, pro cujuslibet Ecclesiæ recepta consuetudine. Cavendum tamen, ne qua cum offendiculo suscipiatur innovatio.

Estne vinum in Calicibus inauratis exhibendum, an in poculis ligneis vel vitreis?

Quo poculo Christus in cœna usus fuerit, in Verbis institutionis non exprimitur. Quia tamen 1. nec calices inauratos prohibuit: nec 2. aliorum, cujuscunque sint materiæ

ans Wasser zubereitet vnd gebacken seyn. 2. Haben sie auch die sonderbare zufällige Ding an sich/ so beym Brod sich finden/ alß da seynd die Farb/ Geschmack/ Krafft zu nehren: Folget also vnvernemlich/ daß sie warheffte Brod seyn müssen.

Ists dann recht/ daß man solche Hostien bey Verhandlung deß Hochheiligen Abendmahls gebrauchet?

Freylich ist es recht/ daß man sich deren/ nach der Christlichen Kirchen alter Gewonheit gebraucht/ weil sie nicht allein recht natürlich Brod/ sondern auch zur Austheilung sehr bequem seyn.

Was für ein Wein soll man bey dem H. Abendmahl gebrauchen?

Gleich wie man recht natürlich Brod/ also soll man auch rechten natürlichen Wein gebrauchen/ der ein Gewächß deß Weinstocks/ vnd aus Trauben gekältert seye/ Matth: 26. v 29 Luc: 22. v. 18.

Was soll aber der Wein für eine Farb haben/ soll er weiß oder roth seyn?

Es gilt gleich/ ob er weiß oder roth sey/ wie es nun bey einer Kirchen vblich ist/ vnd hat man sich allezeit fürzusehen/ daß nicht etwan Newerung/ mit Verärgerung der Schwachglaubigen vorgenommen werde.

Soll man den Wein aus vergülten Kelchen/ oder aber aus höltzern vnd Gläseren Geschirren trincken?

Es gilt gleich viel. Dann was Christus für ein Trinckgeschirr im H. Abendmahl gebraucht habe/ wird in den Worten der Stifftung nicht erwehnet. Weil aber Christus 1. die vergülte Kelch nicht verbotten/ 2. auch den Gebrauch anderer Trinckgeschirr nicht gebotten hat/

teriæ & formæ, sive lignei, sive vitrei, sive argentei, sive cuprei, &c. sint, usum præcepit, meritò, ex libertate Christianâ, calices illos inauratos, pro antiqua Ecclesiæ priscæ consuetudine, indifferenter adhibemus.

Cum verò corpus & sangvis Christi sint res cœlestes cœnæ Dominicæ, Quale corpus, & Qualis sangvis hic intelligitur?

Intelligitur verum illud & naturale corpus Christi humanum, quod ex Maria Virgine in personam filii Dei assumptum, & pro nobis in mortem traditum est, *Matth: 26. v. 26.* Similiter verus & naturalis sanguis, qui in remissionem peccatorum nostrorum in ara crucis effusus est, *Matth: 26. v. 28.*

Qualis autem est panis & corporis Christi, vini itidem & sanguinis Christi unio?

Est unio sacramentalis.

Quid est unio ista sacramentalis?

Unio sacramentalis in SS. Cœna est vera & realis panis & corporis Christi, itemque vini & sanguinis Christi conjunctio, qua ex ordinatione & institutione Christi in usu, & sumptione S. Cœnæ, una manducatione sacramentali, cum pane editur verum corpus Chri-

hat/ auch was sie für Gestalt oder Materien haben sollen/ keine Erwehnung gethan; So behalten wir billich aus christlicher Freyheit die vergüldte Kelch/ als ein freye Mittelding/ welche bey den Alten/ hergebrachter Gewohnheit nach/ im Brauch gewesen.

Nach dem aber der Leib/ und das Blut Christi/ das Himmlische Ding im H. Abendmahl seyn/ lieber/ was wird für ein Leib und Blut verstanden?

Es wird verstanden der wahre/ natürliche/ menschliche Leib Christi/ welchen er aus Maria der Jungfrawen in die Person deß Sohns Gottes auff- und angenommen/ und für uns in Tod dahin gegeben hat/ Matth. 26. v. 26. Desselbigen gleichen auch das wahre wesentliche Blut Christi/ so er an dem Altar deß Creutzes/ zur Vergebung unserer Sünden vergossen hat/ Matth: 26 v. 28

Was ist aber für eine Vereinigung zwischen dem Brod und dem Leib Christi/ deßgleichen zwischen dem Wein und dem Blut Christi?

Es ist eine Sacramentliche Vereinigung.

Was ist dann diese Sacramentliche Vereinigung?

Die Sacramentliche Vereinigung in deß H. Herrn Abendmahl/ ist eine warhafftige und wesentliche Vereinigung deß Brods und Leibs Christi/ deßgleichen deß Weins und deß Bluts Christi/ Krafft deren/ nach Ordnung und Einsetzung Christi/ im Gebrauch und Nießung deß H. Abendmahls/ in einer unzertheilten Sacramentlichen Nießung/ mit dem Brod der wahre wesentliche Leib Christi gessen/ und in einem unzer-

Christi, & unâ bibitione sacramentali cum vino bibitur verus sanguis Christi.

* *Unde verò hæc unio sacramentalis probatur?*

Ex verbis institutionis, ubi Dominus de pane, quem exhibebat, dicit: Edite, hoc est corpus meum: & de calice, quem exhibebat, dicit: Bibite, hic est sanguis meus. Quibus disertè indicat, se non tantùm panem, sed cum pane etiam corpus suum manducandum; nec tantùm vinum, sed & cum vino sangvinem suum bibendum tradere & ordinare.

* *Annon verò verba illa Institutionis Tropica?*

Nequaquam. Omnis enim Tropus est mutatio significationis propriæ in alienam. Atqui in verbis institutionis, Hoc est corpus meum, &c. non est mutatio significationis propriæ in alienam: quia singula verba nativam & propriam suam significationem retinent. E. & verba hæc institutionis non sunt tropica.

Unde autem probas verba hæc institutionis non Tropica, sed in nativa significatione κατὰ τὸ ῥητὸν, secundum literam, intelligenda esse?

Probo inter alia quàm plurima argumenta inde præcipuè: quia hæc ipsa sunt, 1. Verba Testamenti. 2. Mandati DEI 3.

theilten Sacramentlichen Trincken mit dem Wein / das wahre wesentliche Blut Christi getruncken wird.

Wo ist aber diese Sacramentliche Einigung gegründet?

In den Worten der Einsatzung / da der HErr von dem überreichten Brod saget: Esset / das ist mein Leib. Vnd von dem überreichten Kelch: Trincket / das ist mein Blut. Mit welchen Worten Christus klärlich anzeigt / daß er nicht das Brod absonderlich allein / sondern mit Brod auch seinen Leib zu essen: Auch mit den Wein absonderlich allein / sondern zugleich mit dem Wein sein H. Blut zu trincke gebe vnd verordne.

Seynd aber die Wort der Einsatzung nicht verblümbte Wort?

Durchaus nicht. Dann wo ein Tropus, oder verblümbte Rede ist / da wird der eigentliche Verstand deß Worts / in einen andern frembden Verstand verwandlet oder versetzet. Aber in dieser Rede / das Brod ist der Leib Christi: Wird keinem Wort sein eigentlicher Verstand genommen / vnd in einen andern versetzet / sintemal ein jedes Wort seinen eigentlichen natürlichen / vnd angebornen Verstand behält. Derowegen ist diese Rede: Das Brod ist der Leib Christi / kein Tropische oder verblümbte Rede.

Woher beweisest mir aber / daß die Wort der Einsatzung nit figurlich oder verblümbter Weiß / sonder in ihrem natürlichen Verstand / wie sie dem Buchstaben nach lauten / müssen verstanden werden?

Fürnemblich beweise ichs daher / weil 1. diese Wort seynd Testaments Wort. 2. Seynd es Göttliche Be-

Articuli fidei. 4. Sacramenti fœderis, quæ omnia & singula verbis propriis, & non modificatis concipi solent.

Quænam est Forma *Cœnæ Dominicæ?*

Forma SS. Cœnæ consistit in ipsa actione, certo verbo Dei determinatâ: Nempe in manducatione panis & corporis Christi, & in bibitione vini ac sanguinis Christi, juxta verba institutionis: *Edite, hoc est corpus meum: Bibite, hic est sanguis meus.*

Annon verò alia manducatione & bibitione editur seorsum panis, & bibitur vinum, nempe naturali: alia itidem manducatione & bibitione editur ac bibitur seorsum corpus, sanguis Christi, nempe spirituali?

Nequaquam. Una etenim, non gemina est manducatio panis & corporis Christi. Una & non gemina bibitio vini ac sanguinis Christi: eaque neque sola naturalis, neque sola spiritualis, sed sacramentalis.

* *Quam vocas manducationem & bibitionem* Naturalem?

Quâ propriè & per se solus panis comeditur, & solum vinum bibitur.

* *Quam*

felchs Wort. 3. Welche einen Articul deß Glaubens betreffen. 4 Berühren sie ein Sacrament vñ Bundsgeheimnüß: welche alle vnd jede nicht mit verblümbten/ vndeutlichen/ dunckelen Worten/ sondern mit eigentlichen klaren vnd deutlichen Worten pflegen gefasst/ vnd ausgesprochen werden

Welches ist die Form deß H. Abendmahls/ darauff es eigentlich bestehet?

Es bestehet eben in der Handlung/ welche mit dem gewissen Wort GOttes vmbschrieben ist: Nemblich in der Nessung deß Brods vnd Leibs Christi/ vnd dañ in dem Trincken deß Weins vnd Bluts Christi/ vermög der Wort der Einsatzung Esset/ das ist mein Leib: Trincket/ das ist mein Blut.

Wird aber nicht auff ein sonderbare Weiß/ absonderlich das Brod gessen/ vnd der Wein getruncken/ nemblich natürlicher Weiß: Auff ein andere Weiß aber absonderlich der Leib Christi gessen/ vnd das Blut Christi getruncken/ nemblich auff Geistliche Weiß?

Gantz nicht: Dann es ist kein zwyfaches/ sondern ein einiges Essen deß Brods/ vnd deß Leibs Christi zugleich auff einmal: Es ist kein zwifaches/ sondern nur ein einiges Trincken deß Weins/ vnd deß Bluts Christi zugleich auff einmahl/ vnd ist doch so wol das Esse/ alß auch das Trincken nicht natürlich allein/ auch nit Geistlich allein/ sondern ein Sacramentliches Essen vnd Trincken.

Was nennestu dann ein natürliches Essen vnd Trincken?

In welchem eigentlich/ vnd für sich selbst das Brod allein gegessen/ vñ der Wein allein getruncken wird

* *Quam vocas manducationem & bibitionem Spiritualem?*

Quâ solum corpus & sanguis Christi cum omnibus ejus beneficiis per se, & immediatè fide percipiuntur.

* *Quam vocas manducationem & bibitionem Sacramentalem?*

Quâ in unico indivulso sacramento institutionis Christi, panis & corpus Christi simul ore manducantur; & vinum & sanguis Christi simul ore bibuntur, mysticè, per & propter unionem sacramentalem.

Quid ergo in sacrosancta Cœna Domini accipis?

Credo me in sacra Domini cœna cum pane & vino, verum corpus & sanguinem Domini ac Salvatoris mei Jesu Christi verè percipere.

* *Quibus fundamentis vera hæc & substantialis corporis, & sanguinis Christi cum pane & vino, in SS. Domini cœna præsentia, manducatio ac bibitio demonstatur?*

Demonstratur 1. inde, quia verba institutionis Christi; Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus; sensu literali sine omni tropo, aut figurata interpretatione sunt accipienda.

2. Quia

Was nennestu dann ein Geistliches Essen vnd Trincken?

Jn welchem allein der Leib Christi/ vnd sein Heiliges Blut mit allẽ erworbenẽ Gutthaten für sich selbst/ ohne äusserliche Mittel/durch den Glauben genossen werden.

Was nennestu ein Sacramentliches Essen vnd Trincken?

Jn welchem in einem einigen vnzertrenten Sacrament/in Krafft der Einsetzung Christi/das Brod vnd der Leib Christi/ mit dem Munde zugleich vnd auff einmal gessen / darnach auch der Wein vnd das Blut Christi auff einmal mit dem Mund/doch Geheimnüß weiß/ vmb der Sacramentlichen Vereinigung willen/ getruncken wird.

Was empfahestu im H. Abendmahl?

Jch glaub/daß ich im H. Abendmahl warhafftig/ mit Brod vnd Wein/ den wahren Leib vnd Blut meines HErrn vnd Heylands Jesu Christi empfahe.

Mit was für Gründen wiltu mir diese wahre wesentliche gegenwertige Niessung deß Leibs vnd Bluts Christi/ mit Brod vnd Wein im H. Abendmahl darthun/ vnd beweisen?

Jch beweiß es 1 daher/ weil die Testaments-vnd Stifftungs Wort deß HErrn Christi: Das ist mein Leib/das ist mein Blut / so hell vnd klar seynd/ daß sie auch schlecht nach dem Buchstaben / ohn alle figürliche Erklärung vnd Verblümung müssen verstanden werden.

2. Quia Christus testator est verax, sapiens, omnipotens: ideoque id quod vult, instituit, promisit; vel ad nutum præstare potest.

3. Quia per unionem sacramentalem, panis SS. Cœnæ est κοινωνία sive cõmunicatio Corporis Christi, & vinum est κοινωνία Sanguinis Christi, *1. Corinth: 10. v. 16.*

4. Quia impœnitentes indignè (sine fide) manducãdo & bibendo fiunt rei ipsius Corporis & Sanguinis Christi, *1. Cor: 11. v. 27.*

Denique 5. Quia Cœna Dominica, tanquam novi Testamenti Sacramentum, non umbras & figuras, sed ipsum habet corpus & substantiam, *Colosſ: 2. v. 17. Hebr. 10. v. 1.*

De Transsubstantiatione.

* *Quod si ergo cum pane Corpus Christi manducatur, & cum vino Sanguis Christi bibitur, anne panis & vini substantia essentialiter in substantiam Corporis & sanguinis Christi ita transmutatur ut nihil de pane & vino, quam mera externa species accidentium maneat?*

Minimè gentium. 1. Namque illud Transsub-

2. Weil Christus/ der diß Testament gemacht hat/ warhafftig/ weiß vnd verständig/ ja Allmächtig ist; Derohalben er dann das jenige/ was er will/ was er stifftet vnd verheist/ auch nach seinem Wolgefallen leichtlich/ vnd augenblicklich leisten vnd geben kan.

3. Weil Krafft der Sacramentlichen Vereinigung das Brod im H. Abendmahl ist die Gemeinschafft deß Leibs Christi/ vnd der Wein die Gemeinschafft deß Bluts Christi/ 1. Cor: 10 v. 16.

4. Weil die Vnbußfertige/ in dem/ daß sie vnwürdig (ohne Glauben) essen vnd trincken/ am Leib vnd Blut deß HErrn Christi selbst schuldig werden/ 2. Cor: 11. v. 27.

Endlich 5. Weil das Abendmahl deß HErrn/ alß das Sacrament deß Newen Testaments/ nicht vmbgehet mit Schatten/ vnd Figuren/ oder Bedeutungen: Sondern hat vielmehr den Leib selbst/ alß das Wesen/ Hebr: 10. v. 1. Colosſ: 2. v. 17.

Von der wesentlichen Verwandlung.

Wann demnach nun mit dem Brod der Leib Christi gessen/ vnd mit dem Wein das Blut Christi getruncken wird/ wird daß das Wesen Brods vnd Weins/ in das Wesen deß Leibs vnd Bluts Christi wesentlich verwandlet/ daß am Brod vnd Wein mehr nicht übrig bleibt/ alß nur allein die bloſſe äusserliche zufällige Gestalten?

Nimmermehr nicht. Dann 1. hat dieses Wörtlein

substantiationis figmentum, neque in verbis institutionis, neq; in tota scriptura fundamentum ullum habet.

2. Paulus in ipso usu, æquè post, quam ante consecrationem, panem & vinum disertè nominat, *1. Cor: 11. v. 27. 37.*

3. Omni Philosophiæ repugnat, accidentia sola manere sine subjecto, cùm accidens extra substantiam non existat.

* *Sed anne Consubstantiationem, vel ad minimùm inclusionem Corporis Christi in pane adstruis, dum dicas in, cum & sub pane corpus Christi distribui ac manducari?*

Absit. Quia enim panis est Corpus Christi, non per essentiam sive commixtionem, sed per unionem duntaxat sacramentalem, consequitur inde, Corpus Christi, In, Cum vel Sub pane esse manducari.

* *Cur ergo istus particulis utimur?*

1. Ad excludendum ipsummet Transsubstantiationis Pontificiæ figmentum. 2. Ad exprimendam veram & realem Corporis & Sanguinis Christi in sacrosancta Cœna præsentiam. 3. Ad Sanctorum Patrum imitationem: Sic enim Augustinus ait: Hoc accipe IN pane, quod pependit in cruce: Hoc accipe IN calice, quod effusum est de Christi latere.

der Verwandlung/in der Stifftung deß Abendmals/ wie dann auch in der gantzen H. Schrifft keinen Grund überall.

2. So nennet S. Paulus im Gebrauch selbst Brod vnd Wein/so wol/ alß auch nach der Consecration/ od Gesegnung/ 1. Corinth: 11. v. 27. 37.

3. Ist sie auch zuwieder allen vernünfftige Schlußreden/ der reinen Philosophiæ, daß nemblich zufällige Ding etwan bleiben sollen/ohne das/darin̄ sie bestehē. Bestettigest du aber nicht ein Beywesen/oder zum wenigsten eine Einschliessung/deß Leibs Christi in das Brod/wann du versicherst/ daß der Leib Christi/ in/mit/ vnd vnter dem Brod ausgetheilet vnd genossen werde?

Das sey fern: Dann weil das Brod ist der Leib Christi/nicht wesentlich/oder durch Vermischung/sondern einig vnd allein wegen der Sacramentlichen Vereinigung/so erfolget dannenhero/daß der Leib Christi/ in/ mit/ vnd vnter dem Brod zugegen sey/ vnd genossen werde.

Warumb gebrauchen wir dann dieser Wörtlein?

Erstlich/ das Gedicht der Papistischen Verwandlung damit auszumustern.

2. Die wahre vnd wesentliche Gegenwertigkeit deß Leibs vñ Bluts Christi im H. Abendmahl zu bezeugē.

3. Vmb der Nachfolge willen der Kirchenlehrer. Dann so spricht Augustinus:

Das esset im Brod lobesamm/
Das gehengt hat ans Creutzes Stamm:
Das trinckt im Kelch mit Wunder groß/
Das aus der Seiten Christi floß.

Von

DE FINE, USU, ET FRUCTU CŒNÆ DOMINICÆ.

Quid prodest (salutariter corpus, & sanguinem Christi in cœna,) sic comedisse & bibisse,

Id indicant nobis hæc verba: Pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum; *Nempe quòd nobis per verba illa in Sacramento, remissio peccatorum, vita, justitia, & salus, donetur. Ubi enim remissio peccatorum est, ibi & vita & salus est.*

* *Ecquis igitur est usus seu fructus Cœnæ Dominicæ?*

Salutaris Cœnæ Dominicæ usus respectu utentium est 1. applicatio omnium beneficiorum Christi, remissio peccatorum, vita, justitia & salus æterna.

2. Obsignatio & confirmatio fidei.

3. Insertio & implantatio in Corpus Christi.

4. Christi inhabitatio.

5. Resurrectionis ad vitam æternam tessera.

Cur ergo Cœnam Dominicam accedis?

Ut fidem meam in Jesum Christum Dominum meum confirmem, & participatione

Von der Endursach / Nutzen vnd Frucht deß H. Abendmahls

Was nutzt (heylsamlich den Leib/vnd das Blut vnsers HErrn Christi im Abendmahl) solcher Gestalt essen vnd trincken?

Daß zeigen vns diese Wort: Für Euch gegeben vnd vergossen/ zur Vergebung der Sünden: Nemblich / daß vns im Sacrament Vergebung der Sünden / Leben vnd Seligkeit/ durch solche Wort gegeben wird. Dann wo Vergebung der Sünden ist/ da ist auch Leben vnd Seligkeit.

Welches ist dann die Frucht vnd Nutzbarkeit deß H. Abendmahls?

So viel die belanget/ so das Heilige Abendmahl gebrauchen/haben selbige aus dem Abendmahl folgende Nutzbarkeit zu gewarten: 1. Eignen sie jhnen zu/ alle durch Christum erworbene Guthaten/ nemblich Vergebung der Sünden / Gerechtigkeit / Leben vnd Seligkeit. 2. Entspringet jhnen daher Versieglung vnd Bekräfftigung deß Glaubens. 3. Werden sie dardurch dem Leibe Christi deß HErrn desto mehr incorporirt/oder einverleibt. 4. Durch die Sacramentliche Niessung seines Fleisches/wohnet Christus in jhnen: 5. Ist es auch ein gewiß Zeugnüß jhrer Auffersteh̃ung zum ewigen Leben.

Warumb gehestu zum H. Abendmahl?

Daß ich meinen Glauben an den HErrn JEsum Christum stärcke/vnd durch die Niessung seines Leibs

vnd

ne corporis, & sanguinis ipsius famelicam, ac sitientem animam meam recreem ac refocillem.

Qui potest corporalis manducatio & bibitio tantas res efficere?

Manducare & bibere quidem non efficiunt, sed illa verba quæ hic stant: Pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum. *Quæ verba sunt circa corporalem hujus cibi & potus participationem, tanquam caput & summa in Sacramento. Et qui fidit his verbis, ille habet, quod dicunt & sonant, nempe remissionem peccatorum.*

* *Anne ergo omnes & singuli, qui sacramento hoc utuntur, fructuum horum participes redduntur?*

Neutiquam, sed soli credentes, qui verbis institutionis & promissionis Christi fidunt, illi habent, quod dicunt & sonant, nempe remissionem peccatorum.

Quis itaque utitur hoc sacramento dignè?

Jejunare & corpus suum præparare, est quidem bona & externa disciplina. At ille est verè dignus & probè paratus, qui fidem habet in hac verba: Pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum. *Qui verò his verbis non credit aut dubitat, ille est indignus ac impa-*

vnd Bluts meine arme/ hungerige vnd durstige Seel labe vnd erquicke.

Wie kan aber leiblich Essen vnd Trincken solche grosse Ding thun?

Essen vnd Trincken thuts freylich nicht/ sondern die Wort/ so da stehen: Für euch gegeben vnd vergossen/ zur Vergebung der Sünden: Welche Wort seynd neben dem leiblichen Essen vnd Trincken/ als das Hauptstuck im Sacrament/ vnd wer denselbigen Worten glaubet der hatt/ was sie sagen/ vnd wie sie lauten/ nemblich Vergebung der Sünden.

Werden aber alle vnd jede/ so das H. Abendmahl gebrauchē/ dieser Gutthaten vnd Nutzbarkeiten theilhafftig gemacht?

Gott nein/ sondern nur allein die Glaubigen/ welche nemblich den Worten der Stifftung/ vnd Verheissung Christi trawen vnd glauben/ die haben/ was sie sagen/ vnd wie sie lauten/ nemblich Vergebung der Sünden.

Wer empfähet denn solch Sacrament würdiglich?

Fasten vnd leiblich sich bereiten/ ist wohl eine feine äusserliche Zucht/ Aber der ist recht würdig vnd wohl geschickt/ der den Glauben hatt an diese Wort: Für euch gegeben vnd vergossen/ zur Vergebung der Sündē: Wer aber diesen Worten nicht glaubt/ oder zweiffelt/ der ist vnwürdig/

vnd

ratus. Quia hoc verbum pro vobis, *requirit omninò corda credentia.*

Quinam igitur sunt digni?

Illi sunt verè digni ac probè parati, qui verbis illis: *Quod pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum:* credunt, veraquè fide omnia sibi beneficia Christi salubriter applicant.

Qui verò sunt indigni?

Impœnitentes & increduli, qui verbis institutionis, *Quod pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum*, non credunt, aut dubitant, isti sunt indigni & imparati: quia verbum *Pro vobis*, requirit omninò corda credentia.

* *Quid indigni isti in Cœna accipiunt?*

Integrum quidem Sacramentum accipiunt, nempe verum corpus sacramentaliter cum pane, & verum sanguinem sacramentaliter cum vino; At salutarem ejusdē fructum, nempe remissionem peccatorum, aliaque beneficia spiritualia non percipiunt.

* *Unde illud ipsum probas?*

Inde, quia Apostolus Paulus disertè dicit, indignos reos fieri (non Symbolorum panis

vnd vngeschickt/ dann das Wort/ für Euch/ fordert eytel glaubige Hertzen. 257

Welche seynd aber würdig?

Die seynd würdig vnd wol geschickt/ welche den Worten/ für Euch gegeben/ &c. Glauben geben/ vnd jhnen mit wahrem Glauben alle Gutthaten Christi heilsamblich zueignen.

Welche seynd aber vnwürdig?

Die Vnbußfertige vnd Vnglaubige/ welche den Worten der Einsatzung Christi: Für euch gegeben v vergossen/ zur Vergebung der Sünden/ gantz nic glauben/ oder daran zweifflen/ dieselbige seyn vnwü dig/ vnd vngeschickt/ dann das Wort/ Für Euch/ fo dert eitel glaubige Hertzen.

Was empfangen die Vnwürdigen im Heiligen Abendmahl?

Sie empfangen zwar das gantze Sacrament/ n lich den wahren Leib Christi Sacramentlicher W mit dem Brod/ vnd das wahre Blut Christi S. mentlicher Weise/ mit dem Wein: So viel abe heylsamen Nutzen belangt/ alß da ist/ Vergebung Sünden/ vnd andere Geistliche/ durch Christum worbene Gutthatē/ werden sie deren keines theilhaf

Woher wiltu diß darthun vnd beweisen?

Daher: Weil S. Paulus austrücklich sagt/ die Vnwürdige schuldig werden/ nicht an dem Le

nis & vini, sed) Corporis & Sanguinis Christi, *1. Cor. 11. v. 27.* & sumere sibi ipsis ad judicium, eò quòd in manducatione & bibitione illa, non discernant Corpus Domini, *Ibid. v. 24.*

De Communione Laicorum Sub Una Specie.

* *Est ne genuinus & integer usus Cœnæ Dominicæ communio Laicorum sub una* (panis scil.) *specie?*

Non est: Christus enim 1. Cœnam sub traquè panis & vini specie instituit, & celebrari jussit, *Matth. 26. v. 26.*

Et 2. ipse sic Apostolis administravit, *Ibid.*

Et 3. eodem modo Apostoli usurparunt, *Marc. 14. v. 13.*

Et 4. aliis ita administrandum præscripserunt, *1. Corint: 11. v. 22. 23.*

Et 5. Primitiva Ecclesia, approbantibus Apostolis, eodem modo celebravit; exemplo Ecclesiæ Corinthiacæ, *1. Cor. 10. v. 16. 11. v. 23.*

* *Sed*

Brods vnd Weins / sondern am Leib vnd Blutt deß HErrn Christi/ 1. Cor: 11. v. 27. vnd nemmen es jhnen zum Gericht/ darumb/ daß sie in diesem Essen vñ Trincken nicht vnterscheiden den Leib deß HErrn / 1. Cor: 11. v. 24.

Von Niessung der Layen vnter einerley Gestalt.

Ist dann nun der Gebrauch richtig vnd gantz/ wann die Layen das Abendmahl deß HErrn vnter einerley (nemblich deß Brods) Gestalt gebrauchen?

Keines Wegs nicht. Dann 1. hat Christus sein Abendmahl in beyderley Gestalt eingesetzt/ vñ folgends auch es also zu halten befohlen/ Matth: 26. v. 26

2 Hat es auch Christus selbst solcher massen mit seinen Jüngern gehalten.

3. Haben auch die Apostel auff gleiche Weiß gebraucht/ Marc: 14 v. 13.

4. Haben sie es andern auch eben also zu halten für geschrieben/ vnd anbefohlen/ 1. Cor: 11. v 22. 23.

5. Hat auch die erste Kirch/ auff Belieben der Aposteln auff eben dieselbige/ vnd keine andere Weiß das H. Abendmahl gehalten/ wie aus dem Exempel der Kirchen zu Corintho erscheint/ 1. Cor: 10. v. 16. vnd 11. vers. 23.

** Sed quid de sacrificio Missæ, quo Christus quotidiè per sacerdotes incruento modo pro viventium, & mortuorum peccatis offerri fingitur, statuis?*

Statuo abominandam esse cœnæ Dominicæ profanationem, quæ è diametro contraria 1. ipsi institutioni Christi, quæ facta viventibus, (non mortuis) ad manducandũ & bibendum, (non ad offerendum) 2. toti scripturæ Sacræ quæ unicum tantum sacerdotem Christum, unicum sacrificium propitiatorium, passionem & mortem Christi, & quidem semel tantúmmodo cruento oblatum, nobis præscribit, vide *Hebr. 7. 27. & 10. 14. & 9. 22. 28.*

DE SUBJECTO ET ADJUNCTIS CIRCUMSTANTIIS CŒNÆ.

Quibus administranda est Cœna Dominica?

Solis hominibus, legitimè ejusdem usum expetentibus, qui edere, bibere, mortem Domini annunciare, & se ipsos probare possunt.

Quomodo autem homo, antequam ad Cœnam Dominicam accedat, seipsum probabit?

Hoc modo. Ut 1. rationem fidei suæ reddere nôrit. *2. Ut*

Was hältestu von dem Papistischen Meßopffer/ davon vorgeben wird/ als solte Christus täglich in einem vnblutigẽ Opffer/ durch die Meßpriester/ für die Sünden der Lebendigen vnd der Todten/ aufgeopffert werden?

Es ist eine grewliche abschewliche Entheiligung deß H. Abendmahls/ welche schnurstracks entgegen lauffe: 1. Der Stifftung vnsers HErrn Christi selbst/ welche vor die Lebendige (nicht vor die Todten) zu essen vnd zu trincken/ (nicht auffzuopffern) angeordnet hat. 2. Ist sie zu entgegen der gantzen H. Schrifft/ welche nur einen einigen Hohenpriester/ nemblich Christum/ erkennet/ vnd nur von einem einigen Versöhnopffer/ welches ist das Leiden vnd Sterben Christi zu rühmen weist/ welches auch nur einmal auff blutige Weiß verrichtet ist/ wie zu lesen/ Hebr: 7. v. 27. vnd 10. v 14 vnd 9. v 22. 28.

Von denen/ so zum Heiligen Abendmahl sollen zugelassen werden: vnd andern mehr zugehörigen Vmbständen.

Wem soll man das H Abendmahl reichen?

Denen Menschen allein/ so dasselbige ordentlich zu gebrauchen begehren/ welche essen/ trincken/ deß HErrn Tod verkündigen/ vnd sich selbst prüfen können.

Wie soll aber ein Christ/ ehe dann er zum H. Abendmahl gehet/ sich selbst prüfen?

Also: 1. Sollen die jenige/ welche das H. Abendmahl würdig empfahen wollen/ jhres Glaubens Rechenschafft geben können.

2. *Ut peccata sua contra legem Dei commissa agnoscat, & de iisdem serio pœnitentiæ affectu ducatur.*

3. *Ut firmiter credat, sibi peccata sua à Deo ex merâ gratiâ propter Christum condonari.*

4. *Ut propositum emendandi vitam, & desistendi in posterum à peccatis verum & serium habeat.*

* *Quo in loco peragenda?*

Ordinariè in publico Ecclesiæ cœtu, sive conventu Christianorum, exemplo Ecclesiæ Corinthiacæ, *1. Cor. 11. 20.* In casu tamen necessitatis in aliis etiam locis privatis administrare cœnam liberum est.

* *Quando & quo tempore peragenda?*

De hoc neque Christi neq; Apostolorũ mandatum habemus, liberum itaque & indifferens est, Cavendum tamen, ne & hîc cum infirmorum scandalo innovatio suscipiatur.

* *Quoties Cœna Dominicâ utendum?*

Non semel tantùm in vita, nec semel duntaxat in anno, nec in festis solùm solennioribus, sed sæpiùs ac multoties, quoties conscientiæ nostræ necessitas efflagitaverit.

* Quan-

2. Sollen sie jhre Sünden warhafftig erkennen/vnd jhnen dieselbige von Grund jhres Hertzens lassen leid seyn.

3. Vestiglich glauben / daß jhnen jhre Sünden von Gott auß lauter Gnad/ von wegen Jesu Christi vergeben werden.

4. Jhnen ernstlich fürnehmen/ hinfüro die Sünden zufliehen/ vnd Christlich zu leben.

An was für einem Ort soll man das H. Abendmahl halten?

Ordentlicher Weise nach/soll man es in der offentlichen Versamblung der Kirchen / da alle Christen zusammen kommen/halten/nach dem Exempel der Kirchen zu Corintho/1. Cor: 11. v 20. Im Nothfall aber kan vnd darff man es an andern Orten/zu Hauß/ohne Sünde halten

Zu welcher Zeit soll das Abendmahl gehalten werden?

Es ist ein frey Mittelding/ weil weder Christus/ noch seine Apostel vnß hiervon ein Gebott hinterlassen haben. Doch soll man sich mit allem Fleiß versehen/ daß auch dieses Orts durch vorgenomene Newerung nicht jemands aus den Schwachglaubigen geärgert werde

Wie offt soll man das H. Abendmahl gebrauchen?

Nicht nur einmal die Zeit deß Lebens / auch nicht nur einmahl im Jahr/noch auff die hohe Fest/sondern offt vnd vielmahl/nemblich/so manchmal es die Nothdurfft vnsers Gewissens erfordert.

* *Quare hoc?*

Quia propter carnis nostræ infirmitatem: 1. frequentori fidei confirmatione: 2. crebrâ vitæ renovatione: 3. perpetuâ mutuæ charitatis redintegratione opus habemus.

De VI. Doctrinæ Catechetica Capite

DE CLAVIBUS COELI, SEU DE POTESTATE CLAVIUM.

De quo agit sextum Religionis nostræ caput?

De Clavibus Cœli.

Quænam sunt claves cœli?

Ministerium Evangelij de Jesu Christo.

Cedo aliqua testimonia ex Evangelistis, in quibus Jesu Christi ministerium Evangelij fundator?

Luc. 10. *ait Christus ad discipulos, quos ad prædicandum, & annunciandum regnum DEI emiserat: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.*

Et Matth. 16. *Tibi dabo claves regni cælorum, Quodcunque ligaveris super terram, ligatum erit in cælis. Et quodcunque solveris super terram, solutum erit in cælis.*

Et

Wie so?

Weil wir wegen Schwachheit vnsers Fleisches/ 1. stättiger Stärckung/vnd Bekräfftigung vnsers Glaubens. 2. Stättiger Vernewerung vnsers Lebens. 3. Stättiger Vbung vnd Auffmunterung Christlicher Liebe vnter einander von nöthen haben.

Das Sechste Hauptstuck Christlicher Lehr.

Von den Schlüsseln deß Himelreichs/ oder vom Gewalt der Schlüssel.

Warvon berichtet das Sechste Hauptstuck Christlicher Lehr?

Von den Schlüsseln deß Himmelreichs.

Welches seynd die Schlüssel deß Himmelreichs?

Das Predigampt deß Evangelions von JEsu Christo.

Sage mir etliche Sprüch aus den Evangelisten/ mit welchē Jesus Christus das Predigampt seines Evangelions gestifftet hat?

Luc. 10. Sagt Christus zu seinen Jüngern/ die er zu Predigen das Reich Gottes außgeschickt: Wer euch höret/ der höret mich/ vnd wer euch verschmähet/ der verschmähet mich. Vnd Matth. am 16. Dir will ich die Schlüssel deß Himmelreichs geben/ was du auff Erden binden wirst/das soll im Himmel gebunden seyn/ vnd was du auff Erden lösen wirst/ soll im Himmel loß seyn.

Et Joh. 20 *Accipite Spiritum Sanctum, Quibuscunque remiseritis peccata, remituntur illis Et quibuscunque retinueritis, retinebuntur illis.*

* *Quid ergo est Potestas Clavium?*

Est quâ ministri Ecclesiæ ex mandato Christi peccatores pœnitentiam agentes à peccatis absolvunt: Impœnitentes verò ab Ecclesiæ communione excludunt.

* *Quotuplex est Potestas clavium?*

Duplex: Solvens & Ligans: seu Absolutio & Excommunicatio.

Quid est Clavis solvens; sive Absolutio?

Est remissionis peccatorum annunciatio ab ordinario Ecclesiæ ministro verè pœnitentibus Christi nomine facta, *Luc: 24. v. 46. Joh: 20. v. 22.*

Quid est clavis ligans sive Excommunicatio?

Est retentionis peccatorum denuntiatio, ab ordinario Ecclesiæ ministro inpœnitentibus, contumacibus, & incrudelis Christi nomine facta: & à communione Ecclesiæ, donec resipiscant, exclusio.

Unde

Vnd Johan. am 20. Nehmet hin den Heiligen Geist / welchen ihr die Sünden erlasset/ denen sind sie erlassen. Vnd welchen ihr sie vorbehaltet/ denen seynd sie vorbehalten.

Was ist die Gewalt der Schlüssel?

Wann die Diener der Kirchen aus Krafft deß Befelchs Christi die bußfertige vnd rewende Sünder von Sünden loß sprechen; Die Vnbußfertigen aber von der Gemeinschafft der Kirchen ausschliessen.

Wie viel seynd derselben Schlüssel?

Zween: Der Lößschlüssel/oder die Lößsprechung: Vnd der Bindschlüssel/ oder der Bann.

Was ist der Lösschlüssel/ oder die Lößsprechung?

Es ist die Verkündigung der Vergebung der Sünden/ so geschicht im Namen Christi / den bußfertigen vnd rewenden Sündern / durch den ordenlichen Diener der Kirchen/ Luc. 24. v. 46 Joh. 20. v. 22.

Was ist der Bindschlüssel oder der Bann?

Es ist eine Verkündigung eines ordenlichen Predigers/im Namen Christi/ an die Vnbußfertige/ Halßstarrige vnd Vnglaubige/ daß jhnen jhre Sünden solen vorbehalten seyn: Dardurch sie dann von der Gemeinschafft der Kirchen so lang ausgeschlossen werden/ biß sie vmbkehren vnd Buß thun.

Woher

Unde vero & à quo, ministris Ecclesiæ est concessa hac clavium potestas?

Ab ipso Christo, quod testimonia Scripturæ præcedentia luculentissimè demonstrant.

** Credin' hactenus enumerata capita omnia?*

Maximè credo, & toto corde confiteor singula, hæcque unicum meum in vita & morte solatium erunt.

Woher aber/vnd von wem haben die Kirchendiener diesen Gewalt der Schlüssel?

Von Christo selber/ wie dann solches die vorhergehende Zeugnüssen Heiliger Schrifft auff das klärlichst erweisen.

Glaubstu nun bißher erzehlte Stuck alle?

Ja/ ich glaub alle vnd jede Stuck/ vnd bekenne sie von Hertzen/vnd soll auch mein Trost seyn/ im Leben vnd Sterben.

MATICA SLOVENSKA V MARTINE

270

SYMBOLUM NICENUM.

CRedo in unum Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium.

Et in unum Dominum JEsum Christum, Filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia secula: Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis: & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine, & homo factus est: crucifixusque pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est.

Et resurrexit tertia die secundum Scripturas, & ascendit in cœlos, & sedet a dextris Patris.

Et

N